

marum, multum summitteret, ut ille princeps, quam maximè prestatet. At numero actorum adiuto, partis alias adiecerunt. Atque id Jane moris erat, prout quisque ageret partis profecto sortiretur. Nam qui plurimum, illi prima, exteris alie deinceps, ut in actione singuli praeflabant, deferebantur. Verum ut esset perspectum, qui primas, qui secundas, qui alias ageret partis, actorum nomina, quo quisque ordine agebat, in scena proponebantur. Iltud porrò tueri solebant, ut quemadmodum poeta boni, ita actores industrij in extremo actu diligenteriū uiderentur. Quod uero quibusdam uisum est, haud quaquam mibi probatur; ut qui in protasis maximè agit, primarum actor, qui in epitiā, secundarum; qui in Catastrophi, tertiarum habeatur. Nam in Hecyra Terentiana Catastrophi cum tota prope modum Bacchidis meretricis esse uideatur. Nec tercia tamen, nec quarta illi tribuuntur. Equidem de actorum, de partitionibus Tragedia, de choro satis mibi uideo dixisse. Reliquum est, ut quo uerò hoc poëma scribarit, ostendamus. Principio enim cum simplex carmen esset Tragedia, quo sacerdos circum aras Liberi patris laudes canebat, ac saltationem, & qua oblectarentur, tum maximè poësis adhiberet; uerò illa, cui quaterna pedum paria sunt, quia celeritatis plurimum habens ad saltatoriam motionem aptissime accommodari potest, ueterabat. Deinde posita ridicula omni lenitate, cum seueritatem induisset, ad iustam magnitudinem proœciat pro illo genere senarios adoptauit. Quos mirifici quidem & rebus agendis, & colloquiis suapte natura accommodatos esse animaduertit. Itaque probò Horatius de Iambō.

Hunc socii ceperit pedem, grandesq; cothurni,
Alterius apium sermonibus, & populares
Vincentem strepitus, & natu rebus agendis.

Quanquam enim ut Iambicorum conuicia Comici, sic Heroicorum grauiatem in dicendo Tragici, ecclisi sunt, atque grauiissimos esse Hexametros & ad maximarum rerum actionem exprimendam aptissimos intellexerunt, quia tamen in sermonibus quotidianis, atque in differendo non ita pente occurrit, non ut propria tam sepe illi, sicut Iambi funduntur, quod autem maximè natura in quoque genere accommodari, id potissimum amplectendum est, Iambicos Heroicos quoque ueribus in scribendo preterierunt, & uero quos Tragicos priuatione appellant, hi porrò sunt, qui ex iambis, dætylis, spondeis, choreis, anapæsis conficiuntur. Atque imparibus quidem locis, eodem pedes omnes. Paribus autem illis tantummodo, quorum à brevi syllaba initium est, accipiunt. Varijs preterea modis, atque numeris uerbi adhibent, multaq; genera carminum cum sepe alias, tum in chorais coniungunt. Itaque Tragicorum poemata misla esse dicuntur, atque quorum contextus non cundem in modum varianter. Partim enim uno comedimus uerbi, idq; bisariam, conficiuntur, sine perpetua quadam continua-

De uerbi tra-
gico.

tione, quo generi prologi continentur. Nam ex senarijs ferè constant, ut Ad sum profectus è profundis manibus. Sine disparibus inter-
ualis, ut,

Ducite anum hanc foras ò famulē.

Anapæsticū enim sunt illi quidem omnes, binaq; pedum paria perfectè comprehendunt. Sed inter quos in equali spatio monometra interiecta deprehendas, ut,

O' sacra tellus.

Didici sensi.

Visu miserum

Premia poscens.

Enipom plerūq; effi in acceſu chorica consueverunt, ut

Ad te celeri p̄curri Hecuba

Pede tentoria berilia linquens.

Partim uaria numerorum moderatione componuntur. Idq; aut per comparationem cum inter se sibi carmina similitudine aliqua respondent, cuiusmodi sunt, que chorus canit, seu bipartita, seu tripartita illa sint, seu plus habeant partis. Nam bipartita illa sunt in Oreste.

Ebeo.

Aligere eripedes

Portnades Dee.

Tripartita autem hec in Hecuba.

Mibi erinnuum Atropos.

Quinque partita uerò illa.

Patria, heu dolor, Ilium.

Et quidem utrobius consequentibus, que dissimilia sunt. Quadripartita porrò hec.

Aura pontica, aura.

Vbi nihil dispar consequitur, aut solute, cum haud illa certa quadam pedum lege scribuntur, que interdum uix unam faciunt conuersiōnem, ut illa chorica.

Non dum dedisti, at forsan pœnas dabis.

Interdum etiam plures, easq; non uniusmodi, presertim si personarum colloquijs illa distinguntur, aut si quid actori chorus respondet, aut si quid dissimile omnino conuersiones disparem interpellat, aut si quid uel laudandi, uel exclamandi causa intericitur. Quod genus illa sunt.

Inopina, mira, noua afficio, malis

Prognata ab alijs alia contingunt mala.

Donec Agamemnon accedens dicat.

Gnatam sepultum quin uenis Hecuba tuam?

Mutauerit enim carmen. Illa quoque soluta sunt, nec sanè ita uel monometris, uel aliqua exclamacione, uel aliqua alia poematum interpunctione distincta, ut plane id ipsum agnoscas.

Heu quo ferar? qui intendam? quo torquebo?
Quadrupedem gradum, montigena fera? Et
Eben, obe feroxis,
Gens martialis Thracie.

Reperies etiam carmina, quorum contextus quidem integri similes; dissi-
miles uero sint contextus cuiusque partis, quod fit, si due, pluresue conuer-
tiones inter se dispersas connectuntur. Tertidemq; deinceps cum superioribus
pedum mensione comparantur, ut in Oreste ab hoc uerisculo.

Vides? uerat se miser in peplos
Vt sive ad senarios illos, qui consequantur. Reperies coniuncta atque admi-
pta ex geminata conuersione, & ex his, que similia cum sint, dispersis inter
nullis distinguitur, ut in Iphigenia eboracica illa.

Felices quibus obtigit

Sors nec summa nec infima.

Sunt & alijs rebus modi poematis conscribendi; quos in Tragedia, si-
quis uult, facile deprehendet. Id autem custodiendum est in tanta varietate
numerorum, ut quos terma pedum paria conficiunt uersus septimam, quos
quaterna, rarissime adhibeamus. Quia Graeci auroboros in tam multiplici
carmorum coactinatione nimia cum libertate uersantur; tam multa de uer-
sibus dixi, quibus Tragici uti possunt. Nam parcius, moderatusq; Latini
hec genera solent variare, cum immodecum illorum ea in re licentiam ten-
perauerint. Quid ex his, que Seneca scripsit, planè agnosces. Quid autem
chorici cantus his sicut carminibus, quae sibi comparatione atque similitu-
dine respondent; Graece uero & auctis & ceteris dicuntur; id cense est, ut Aristophane
sunt ex his teles docer, quoniam canendo minuimus agendo chorus imitatur. Cum
que compa-
tanur.

Cur chorici cantus his sicut carminibus, quae sibi comparatione atque similitu-
dine respondent; Graece uero & auctis & ceteris dicuntur; id cense est, ut Aristophane
sunt ex his teles docer, quoniam canendo minuimus agendo chorus imitatur. Cum
enim agit (nam aetoris interdum, ut diximus, munere funitur) unus ex
choro inquitur. Canit autem omnis ipse. At per difficile est malios unda ca-
nendo morem, actionemq; exprimere. Muitas enim qui imitatur, faciat
mutationes oportet. Id porro unus exequitur facilis, quam plures. Qua-
propter cum imitatio multiplicem, hariamq; numerorum copiam requirat,
ut enim plura quisque effingit, sic maiora ad effigendum nititur pedum na-
rietate. Quidquidem, ad ea q; exprimuntur, & uera et numeri accom-
modentur necesse est, conseque uidentur, ut solituore carminum modo feratur
in actione, strictiore in caniculis, & qui mutationes habeat pauciores. Nam
eadem quoque de causa fit, ut ex Melicis Diptyrambiti, qui plus imitantur,
liberiore numerorum pedumq; lege excurrant, ueriusq; sepius mutent.
Quam ob rem cum de Tragici poete officij, de materia, in qua illa uersatur,
de Tragedia ipsa plura, quam constiteram, sint pertractata, ac plane
quid illasq; definiem, & in quo genera dividatur, nec non abunde ostendim, que partes uim atque speciem, que corpus molemq; eius perficiat, co-
sequens est adolescentes, si quis uestrum eam optat laude, quam in hac poesi

Peroratio.

sisteres inueniuntur, in eam longo studio, diuertoq; labore totus incubat. At-
que in quoque genere exprimendo diu multumq; adeo se exerceat, ut quod
paethicum est, quod moratum, quod simplex, quod coniunctum atque con-
nexum, probè effingat. Et si enim hec etas non eo pollet iudicio, quo ut pru-

digata
Sæcula gene-
ra probe ex-
primere Tria-
gicis conser-
vatas.

denter de his rebus decernat, que sint cuiusq; uitia, que virtutes cognoscant,
non secus tamen elaborandum est, ac si tempora illa essent, quibus nemo p-
rofectio uidebatur posse in aliquo priuatum genere prestat, quem non in omnibus
plurimum ualeere existimabant. Cum enim acris, ac diligens turba tunc
esse in iudicando, que in scena agebantur; Stomachio tamen erat ita fa-
lidioso, ut uel leuissimam quaque offenditionem non indignetur, atque molestè fer-
re non posset. Ita, que cuique conuecient, tribuenda sunt; canendum uero est,
ne dicas, que pugnet. Quod facili proficies, si tam planè atque dilucidè
omnia eloqueris, ut nihil non ante oculos posuisti uideare. Sie enim, sit au-
diitor, aut qui legat, etiam sinon spectet, se rebus agendis interesse arbitretur.

Que cinqüe
conuenient tri-
buenda.
Que pugnèt
uia.

Nam Carcinus cum fecisset Amphitaurum è templo exire. Id autem facta-
tores latuerint, sadeo dieutur in eorum indignationem incurritur, ut in scena ce-
derit. Qui uero & maxime suopte ingenio permanent, qui perturbantur,
atque ita se affectos esse ostendunt, quemadmodum afficere contendunt; co-
nandum est ut animi habuiu ore, uerbisq; exprimamus. Verissime enim ex-
agitatus exagitat, excitatus iram iratus. Quam ob rem uel ingeniosi atq; so-
lertes ad poetam natu iunt, uel qui furor afflantur. Illi enim a natura opti-
mè informati, bi mente inuicti ad ciendas animi permotiones aptissimi exi-
stuntur. Cum autem Tragicus, ut latissimum demonstrari uim est, in summo
ac præstantissimo, & rerum, & personarum genere ueretur, necesse utique
est, seu uitia, seu uirtutes effingit, ut maxime quidq; prestat, imitetur. Id ef-
fecerit ille, si speciem rei cuiusque, ut sua natura est, expresserit. Cum enim
audaces describerit, audaciam, cum modestos, modestiam sibi esse describerit, da-
putabit. Quemadmodum in Aenea pietatis exemplum, impietatis in Mezen-
tio Virgilus effinxit. Itaque illos ad imitandum sibi proponet, qui ea in re,
quam exprefsus est, ceteris omnibus anteuerit. Quid sane quidem face-
re pictores compertum est, cum pulcherrimos homines, ut effigiè uerisimil-
limam reddant, imitantur. Zeufis enim speciosissimam tabellam picturam
cum est, Helenam effigendam suscepit. Nec tamen depinxit, antequam
uirgines forma insigne, a quibus exemplum pulchritudinis petret, inspe-
xisset. Atque cum haud pauci egregie connectant, inepte autem soluat; flu-
dendum in primis est, ut in opere contexendo utrinque aptissime pretemus.
Quibus de rebus quia multa & besterna disputatione, & hodierna iam dicta
sunt, nihil est quod preterea doceamus. Illud porro iterum atque iterum re-
petendum est, ut caueamus ne quasi Epica poesis Tragedia contexatur.

Ita scribi-
dum, ut in an-
te oculos omni-
nia posita uero
decentur.

Ita se effe-
ctus fe-
cuntur, ut
de ostendant, quanto
eo afficer co-
panatur.
Qui ad posti-
ca nati sunt.
Quod pre-
paz, est mita-
ri opere.

Studentus us
et connec-
tus rebus et
soluamus.

Studenter us
et connec-
tus rebus et
soluamus.

Aenea eni-
m speciosissimam tabellam picturam
cum est, Helenam effigendam suscepit. Nec tamen depinxit, antequam
uirgines forma insigne, a quibus exemplum pulchritudinis petret, inspe-
xisset. Atque cum haud pauci egregie connectant, inepte autem soluat; flu-
dendum in primis est, ut in opere contexendo utrinque aptissime pretemus.
Quibus de rebus quia multa & besterna disputatione, & hodierna iam dicta
sunt, nihil est quod preterea doceamus. Illud porro iterum atque iterum re-
petendum est, ut caueamus ne quasi Epica poesis Tragedia contexatur.

Ita & plures fabuli complectetur, & sine magnitudinis fines preteribit.
Quid enim absurdius est, quam ut que tota Aeneide continentur, una Tra-

De Tragedia ut epica gedia comprehendendas? Nam poema illud natura sua cum longius prouebi posset, tantum quidem profecto est, quantum esse oportebat, hoc multo plus, quam ratio postulet, exreficeret. Ac iure optimo, qui totam illi cuestionem, non eius partes, ut sunt Hecuba, Troades, Siso, conscriperunt, uel infelicitate contendisse, minusq; recte egisse dicuntur, uel omnino inferiores abesse. Cum enim Agatho probè cetera omnia adhibuissest, hoc tamen unum neglegit, uidetur sane in Theatris cecidisse. Nam in conexo atque in simplici genere, id aescens est, quod nel optimus quisque auctor optare potuissest; cum quod uerè Tragicum est consecutus, totum opus recte dispositum est, ac uerisimiliter decipi diuimus calidum illum quidem atque prudentem, sed improbum, qualis Sisyphus dicitur fuisse, uinci forte, eundemq; iniustum fecisset. Quandoquidem baud omnino a uerisimili est alienum, uille idem ait, multi solere preter id, quod uerisimile est, evenire. Veruntamen, ut dixi, uanam fabulam, eamq; integram, & absolutam Tragicum poema continebat, eaq; in re, ut in ceteris omnibus Euripidem atque Sopholem habetis maximos autores, quos omni studio, ac diligentia sequi debatis. Hoc loco cum finem ille dicendi fecisse uidetur, Tam multa, inquit Summontius, dixi Vopisce, ne quid offici tui desideretur, ut silentio non emmerit animi relaxationem quiescieris. Sed meminise de bes tibi reliquam esse, ut de Satyrica fabula desferatur. Nimirum, inquit ille, id ipsum memoria tenebam. Versabar autem in cogitatione, de his que proposueram, quid explicandum preterea superserget. At de Satyrica poesi non habeo me hercule multa dicere, tum quia cum multa illi cum Tragedia sint communia, pauca priuatin de ea sunt expoundenda. Tum quia poema id genus, quo rectam scribind rationem accipiamus, nullum profecto extat, prater unam, ut puto, Euripidis fabulam, que Cyclops inscribitur. Ac primum quo tempore hoc genus sit institutum, non dum habeo planè exploratum. Nam si Horatio credimus.

Carmine qui Tragico uilem certauit in bicrum,
Mox etiam agrestis Satyros nudauit, & aper
Incolui grauitate iocum tentauit, eo quod
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, funitusq; sacris, & potus, & exlex.

Quo tempore Satyrica ge- granissimas personas coepit esse adsciri, easq; adscitas esse non alia de cau- nus institutu se, quam in attentione spectantium retinenda, quos risu, iocisq; miru in modum oblectari animaduertebant, ut ne à Comedia illa ninceretur. Qui uero primus Satyros dederit, Pratinus Phliasium tradidit extiisse, eundemq; Tragicum poetam. Atque cum fabulas quinquaginta docuissest, ex ijs duas atque triginta Satyricas fuisse. Is ille est, qui cum Aeschyllo & Cherillo sepe certasse, non tamen unquam preter quam semel dicitur niciisse. Sin Aristotelem locupletissimum authorem probamus, utrunque poesim principia

piò Satyricam fuisse afferendum est. Cum enim à rebus diuinis, que Libero patri fuerant, ut ostendimus, uiriusque primordia fuissent. In liberalibus autem iudeis salutations adibentur. Nec aliis decet potius quam Satyros, atque Silenos in sacris eius quidem Dei, cuius illi Satellites ministri; essent iuridicis, mimorum consentaneum est, ut existimemus initia Tragedie saltatoria, atque Satyrica, & iocosa quodammodo extiisse, ne Tragiæ dum colerent Deum illum, quem leritis, uoluptatis procreatorem agnoscabant, adeo severi essent, ut nihil quod delectationem risumq; excitaret, afferent. Nam de Comedia quis dubitet? cum sales, & iocis, & leporum orationis, atque dacea ita, que Satyrorum est, quasi res proprias illa uendicasse, esetq; iustitia, ut hominum uita coniunctus interfacteretur. At Rome cum Ilyrienes non, ut antea iuuenes solebant, tenere in conditis inter se ioculares uerbis hinderent, sed inpletas modis Satyras descripto iam ad tibicinem cantu, motuq; congruenti peragerent, Linus Andronicus post aliquot annos ab Satyris primus argumento fabulam fecit. Itaque breues exiguerat, tunc fabule cum essent, eam deinceps magnitudinem, que congruerat, habuerunt. Atque Tragedia Satyris Silenusq; exclusis, ridiculaq; omni actione prorsus reicta, ad eam deinde peruenit grauitatem, in qua tandem conuenit. Satyrica igitur poesis hic dicta est, quod Satyros Silenosq; in scenam proferret, qui quoniam dices essent, & ioculares, prompti ad irridendum, hoc nomen inueniunt. Dionysium enim tripluus, lusuq; comitati plerasque terrarum regiones dicuntur obijss. Eorum parum qui canescerent, partim quibus barba florere inciperet, alij uero imberbes inducebantur. Quo ceteræ item personæ modo nota- bantur, nisi quarum uarietates, uel ipsa appellatio significabat. Nam Papo Silenus, qui quidem multa ferre simillimus esse uidetur, se suo qui est nomine prodebat. Definitur autem in hunc modum, ut comunita sit imita- tio, que tam grauem, tam iocosam actionem, eamq; unam & absolutam effingat, sermone incundo, cuius quidem partes suum queq; locum seperatim obienteant, atque illarum inductione personarum, que, cum partim ridicula, partim hercice sint, & grauitate insigne; s; ita agat, ut riuum iocis, miferatio- nem facinore aliquo notabili ciere possint. De magnitudine, uel poesim, que formam atque speciem, que corpus, molemque operis conficiunt, de ceteris de- niique rebus, que Tragicum poema consequntur, quid est, quod differamus? cum ex his, que tractata sunt, cum de Tragedia dicemus, sine illa difficultate possis cognoscere, que debebas considerare. At qui diligenter sane tibi pspicere dū est, ut ne in hoc genere coniuncto, quā purū simplex postulat, adhibeat grauitatemq; a Tragica severitate diffeendas, ut Comica festinatè q̄sīs uide- re. Ames bilariat, dūmodo fabula dignas serueat. Capites rufi, nō scurvi- lem, non mimicum, sed decorum, & cum nemus late conuolutum, Adiungas iocularia, sed Tragediam te scribere, non Comediam memineris, ut tanquam

Satyrica poe-
si unde di-
ta.
Satyrica per
sonæ.

Tragica Sa-
tyrica per
sonæ.

Præcepta.

in ludis, diebusq; festis matrona iusta habens uenerationem, prestantisq; mortuorum probitate, in ridiculis locisq; illa parere ac moderare ueretur. Heroes uero rido Diuq; ac si quis principes uiri in ea introducuntur, maiestatē retineant sua, neque usquam orationem, neque habitum personae convenienter abijcant. Satyri autem, atque Sileni, ut rudes, & a suis accessiti, puro, simpliique, sermone utantur, ut cum dicentes sint, non tamen fundant ita sedis ac turpibus carmen herbis, que caelestis corruptaque aures indignentur, nec iocularia illa edant, quae Fescennino uersu inuenies olim Roma inciebant; antequam Luius fabulas docere incepisset. At colloctione ipsa interdum Heroice personae minus graues, Satyrica minus leues apparent. Fit enim illorum, quibus cum angustis, aut loquimur, causa, ut uel agere alter ac solemus, uel dicere, uideamus. Adeoque poterit congressio, ut tanquam aliqua uerbiorum, aut actionis contagione uim atque speciem alterius in alterum quodammodo transferat. Hoc eadem ferè precepta Horatius abunde recti, & traflauit loco illo.

Verum ita risores, ita commendare dicaces

Conueniat Satyros, ita uertere feria ludo.

Satyrica uero uestes erant caprinae pelles, certinae, ceteraeq; id genus, uel purpura, uel uero intextae, herculea Baccini nefritius, lenula floridi coloris, puniceum indumentum, tunica pilosa, ut etas, ratiq; personae postulabat. Nebris erat stellata, qua Pan ipse indebat. Quia uero, quae precipimus, exemplo longe planius cognoscuntur, proferatur in medium Euripidis Cyclopisquam unan, ut dixi. Tragediam tanquam Satyrica fabula exemplar habemus. Cum enim Ulysses in patriam ex illo reditum aduersa esset tempestate ad Aetnae oram proiectus, Satyros, qui Polyphemum tum forte pecore compascendo seruebant, offendit. At quibus pro uno, quod illis debeat, agnos, ceterumq; cibariovirum egens erat tanè accepturus, nisi interuenies Polyphemum interturbaret. Querente rei causam Cyclope, & quid sibi nolle adueniarum turbam, Silenus Satyrorum pater predones esse illos insinuat. Ac falso queritur ab eis uapulles. Defendit se Ulysses. Satyri pro eo testificantur. Iam uero cum simplex ille pro se, ac pro sociis nequicquam preces adhibuit, iussusq; in speluncam introiunxerat, & socii duo corpora uia abrepta, ac lanata Polyphemum in epulas sibi concinnauit. Init consilii Ulysses, quo ulius necem sociorum, se suosq; à morte, Satyros a seruitute liberet. Itaque Cyclopem ad ebrietatem uno adductum, ut infantire uideretur, somnoq; oppressum, Oleagino silitre praefuso, atque acuto exceperat. Quo excato, elutioq; ille incolunt naues repetivit. Hac sunt in arguento. Fingitur uero scena in ea Sicilia, ord. quam Cyclopem tenebant. Chorus è Satyris constat. Actores Ulysses, Cyclops, Silenus pater Satyrorum. Prae loquitur Silenus, ostendens qua fortuna sit in Siciliam, & ad seruendum adductus. Chorus qui pascens ues canat, introductus. Quod episodium plane est. Interim Ulysses comitabitibus sociis accedit, colloquitur cum Sileno, exponit, quod

Exemplum
Tragica Sa-
tyra.

quod ad episodium attinet, ipse qui sit, se uento iactatum ad eam oram ue-
nisse, ut aquam & cibaria petret, & nauis descendisse. Hæc acceptur, nino illū allicit. Interuenit Polyphemus. Accusantur illi à Sileno tanq; prædones. Dicuntur sūscipi Vlysses, i Cyclope rogatus ciuitates essent, & unde iter eò adhuc essent, utrumq; breueret edocet. De Helena paucis colloquuntur, quod episodium quoq; est. Ille idem Vlysses frustra necem de precatis, mirare cim socijs caulan inebetur. Hæc omnia primò aucti continentur. Egressus deinde, que intus patruat Polyphemus, casis duorum sociorum corporibus, & ad uescindam comparatis, edisferit. Profert consilium choro de morte comitam uinciscenda, & quonodo sibi salutem, Satyris querat libertatem. Aucti se-
cundus conficitur. Tum uero ebruis exit Cyclops, exiliat, gelitus, uim Bacchi admiratur. Quo minus fratres conuenient uniuersim partituros, ab Ulysses re-
tinetur, potat, bacchatur palam, colludit cù Sileno. Interpat, minatur quod sibi iniurio ille fieret compotor. Videtur sibi ea uidere, uerbāq; illa fundit, que tremulint solent. Profundit denique sonno Polyphemus pfe, atq; Silen-
us obruuntur. Ulysses ad supplicium de Polyphemo sumendum se compa-
rat. Qui quidem aucti tertius iocularis ornatio est. Aucti quarto bortatur
Silenus ille idem Ulysses ad Cyclopis immanitatem puniendam. Timiditatem,
pefidaq; illorum explorata, sociorum opem adiugat ad oculum Polyphemo-
effundens. Postremo egridetur Cyclops execratus, conqueritur. Ulysses
qui ut occidat, eluidur commentito nomine. Ab illo deceptum se com-
perit. Vetus oraculum tum denique se intellexisse declarat, quod erat, ut ip-
se ab illo efficeret. Aebunt, quodcumq; pono daturus ille esset, pre-
dicti. Minutar uel cæsus, ingenti mole è mō abscisa, se cum ipsum, ac socios
inter fluctus obrutur, ne indebet sine terrore fabula claudatur. In ea ri-
dicula multa reprehendes; cum Silenus in Ulyssem, in Helenam absensem, in
Polyphemum festuum faciemq; se prebet, cum palam unum olfacit, de-
gustat, abſorbit. Cum nulti uerbisq; unius se cupidissimum esse ostendit. Cum
Cyclops inoblitus in conspectum prodit. Cum a Satyris deridetur, cum adi-
tum speluncæ utraq; manu attenuans nunc ad dextram, nunc ad sinistrā ne-
quicq; se uerit, ut Ulysses cōprehendat. Misera uero, est Ulysses in extre-
num uitæ periculum in dij; eius comites interfeclos esse ad Cyclopis famé
explendam. Id porrò inopinatum in caulam à Polyphemo ingredi inß Uly-
sses, ut occideretur, in colum illum quidem euafisse. Cyclopem contrā dece-
pium, excacatumq; seculeris ponam lūsse. Improbi omnes, præter q; Ulysses,
quem callidum poeta, ut semper alias facit, singuntur. Inductus enim Silenus
non modo dixit, & ebriosus, & iocularis, uerum etiam mendax, infidus,
fraudulentus, periurus, inuercundus. Cyclops uero impurus, inhumanus, im-
manis, diuini, humani iuris contemptor, cui nihil sanctum, nihil piis, nihil q; t
religiosum, qui ne homine quide occidere, ut coenam tam diram cede sibi infirme-
ret, ueretur, ne dum uideri uini appetens, & proclivis ad ebrietatem dubi-

taret. Chorus autem, ut improbus, procaecus, timidus, nec bene fidus (qui satyrorum quidem sane sunt mores) appareat. Id tamen tuerit, ut periclitantes defendat, eorum fortunam misereatur; Polyphemus immanitatem detestetur. Itaque uidetur quemadmodum concinnetur hoc genus. Quod nisi coniunctus, multumq[ue] esset, quecumq[ue] sunt ad tocum comparata, in his, que extrinsecus adsciscuntur, percensetur. Hoc locum cum Vopiscus pernotasset, & que dixerat omnibus adeo probasset, ut omnium studiis satisfactissime uidetur, Vtinam ille inquit, ut dixi, Ianus Vnus ad se sit, qui quando iampridem in Tragedia mira cum laude uestifatur, hoc genus ita capiose perfratasset, ut longe uberioris cupiditatem usquam explefet, aut ubi me audire (que hominis est profectus modestia) maluisset; siquid est a me uel per inscritam, uel per incuriam pretermissem; aut siquid praeterea nobis in mente uenit, quod requiratis; ipse nunc planè doceret. Tum Summiotius, nemo, inquis, nostrum dubitat, Arystius ingenio tam diuino, ac tam praestanti doctrina pollere, ut possit multo plusq[ue] id ipsum, quod illi delulisti, efficeret. Sed persuades tibi uelim te tan abunde, ac tam partitum de Tragedia differuisse, ut nihil sane reliquum sit, quod uel ab illo ipso, uel a quouis alio huius artis perito defideremus. Verum agite surgamus. Quandoquidem hodie multa disputata sunt, & iam dies ad uesperam uergit. Qibus autem commissa est, que consequuntur, disputatiose se comparent ad dicendum, ut ceras omne reliquum munus de hac re disferendi confiant.

ANTONII MINTVRNI DE POETA.

AD ILLVSTRISS. VIBONE NENSIVM DVCEM.

HECTOREM PIGNATELLVM.

LIBER QVARTVS.



OGIT ANTI MIHI, PRINCEPS OPTIME, quam multa uel fortuna ueniant, uel consilio, que aperte inter se congruant, uidetur sane commode obtrigisse, ut qua die coniunctum prebuit Synero, tum de Comica, tum de Melica poesi precepta traducerentur. Cum enim Epica secura, grauisq[ue] sit, & Tragica, nec altius tantum, sed tristius quoque utraque sonet, rerumq[ue] eiusmodi euenta comprehendant,

quibus miseratione persepe, luctusq[ue] concitetur, consentaneum profectu fuit, ut illa superiorum disputationibus dicrum tractaretur, nequid audiitor poteret, ab epulari congreSSIONe alienum. Nam quomodo ibi locum poemata, que strages, uulnera, calamitates, cetera id genus complectentur, reperiatur; ubile poros, hilaritas, joca, sales requiriuntur? Ac tantum abest, ut quod territum est, coniuncte admittantur pyladeam reverentiam salutinem, quod elevationem quandam pro se ferret, uimq[ue] habere animi perturbatum. At contra quemadmodum inter genera saltandi, quae molliam sunt, iustificare continent, vel Panis cuiusquam vel Satyrus cum anoribus bilare collidentis, sic poematum ea quidem adscierint, que faciet, iucundatq[ue] habeantur. Itaque liberenter sane Comedia, praesertim nova, in compositionem recepta est. Quippe cuiusdam accommodata cum illa coniuncta, ut ea uina potius, quam uel Terentii, vel Menandri uerbanitate carere possit. Verbi enim usitata, & quodcummodo numeris soluti eam apud uirumque habent suauitatem, sumptuosa modum rebus accommodantur, que neque rufus, sobrius, neque ebrios molestus ferat. Sententie uero ad docendum auctor, arguta ad delestandum, actiones illae quidem, sed uities admodum, ita suauiter fluant, ut mores, qui duriores sint, uno tanquam igni moliant, reddantq[ue] longe mitiores. Iam ludus, iocnsq[ue] ita serius temperantur, ut utilitatem afferant equa, ac soluptatem. Quam modeste res amoris trattantur; cum paulo postquam flagrare libidine coepissent, & pectora pectorant, & cum coniugibus in gratiam redeat uir. Virginum stupra in coniugia preter expectationem, ac probat uertantur. Scortorum amores, si improba quidem ille fuerint meretrices, & insolentes, adolescenti adhibent qudam moderationem, aut consilio mitu[m] interru[m]pant penitentes, ac dirimunt. Sin autem probe sint, mutuoq[ue] amant, iis amator uel pater esse, uel archissima sanguinis cognatione coniunctus reperiatur, ant temporis spatium quoddam intercedat in genum aduulens pudorem, quo impetum comprimant amandi. Hac etiam simili facienda sint ipsi, qui alias res agant; nihil tamen profecto mirum est, si coniuvium exornent, hilariusq[ue] efficiant ea incunditate, que morum comitatem, humanitatemq[ue] attingat. De veteri autem Comedia non satis quidem probarunt qui sentiunt eam sua quadam asperitate compositionibus neutiquam conuenire; cum in transgressione pre nimis diligentia, & qua tantopere uititur, libertate intemperanter, praetermodum illa agat, ac planè in cauillatione, sturrubusq[ue] joici exhausto pudore difficiat, indecoris impurisq[ue] abundans uerbis. Nec focus atque in regalibus coevis discernibentur, iuque presto est, qui pocula manefret; ita singulis grammatico sit opus, qui singillatim exponat qui sit apud Epidemias Lesmuidas, apud Platonem Cenebias, apud Cratinum Lampon, qui ceteri, quos coniuvium Comici per quam acerbis infectantur, ut lievarum quidam ludus coniuvium euadat, si ciusmodi cauillationes & di-

scitatem intelligere velim. Nam Aristophanes in prisa Comedia facile principis uidetur mibi quidem levi, & equabilis iratius scilicet prius lepidasq; orationes, nec frigidus in iociis, nec securilis in risu, nec morosus cauillator, sed illo in genere festiuo & factio falsus admodum, atq; urbanus, ut omnes attica festivitas lepores in eius poemata confluxisse arbitruris. Ac si nec libera cauillatio de mensa remouenda est, nec lepida morum correctione, nec faceta depropositio uitorum; licet in poete heuia in carpendo, qui tam festiuo, tamq; uenustate hoc prestat; preferunt cum presenti neminem lacebant; sed in aliena persona, sicut ad nos attineat nihil, improbatam insectetur; quid est, ut reijciendam esse censemus? An non plurimum aliorum obiectatione, maxim quia mores emendentur, obiectamus? Quid, quod qui sit quisque eorum, qui à Comiciis lacerantur, ignoramus? Num neque Tarentum, neque Plauti admitti oportet, quod uel Serviorum opera, uel Dicatorum indegamamus ad interpretandum; quid ficta illa nomina significant, Chremes, Menedemus, Euclio, Megadorus, atque huiusmodi sexcenta? At satis erit, puto, intellexisse, quid in iis notare, quas poeta illi personas induxerunt, noluissest. De Mimis autem, quorum partim argumenta, partim locularia nominantur, facile illis absentiis qui non uerum in copotatione recipiunt genus, quid argumenta quidem longius producantur, nec sanè exhibeantur sine difficultate. Locularia uero multa securilis, multaq; magiorum comprehendant; & que spectare ingenuos quidem boniis minime deceat, cum impudenter agerent, impureq; loquacium, & farnaceum, & puerorum inuercunda, fedelaq; imitatione terius, immodestissimq; animos, quam cibetas afficiant. Iam uero Melica poesi uibit est quo libenius, iucundiusq; audient compotores. Quandoquidem quibus ad honestas nativis voluptates animi se oblectant, suauiter in his ea ueruntur, ac periuicuntur; & que ludicra sunt, modestissimas amatoria, temperanter; que grauia, concinna; atque hec eadem quidem, ceteraque omnia festiuo bilaterique perfringunt. Non ergo ad illam adhibet canunt, que socii tampridem conuiuij, Troianis adhuc temporibus, ut auctor est Homerus, adiungebantur; ut ne fas profecto sit tam ueterem anicitum, tamq; diuurnam conuentudinem solui, cum Tibiarchi, canendo que festiuo bilaterique; conuiuiuuntu celebritas poscit, siquid inept mororis, id omnne tollant. Ad tibias quoque Melici Deorum Heronimq; laudes caneant, que tantum abest ne ad eas admittantur, ut in sacrificiis, in ludis, in diuinis festorum celebratione precepit requirantur. Quamvis enim acutam, iucundam tamen fundunt uocem, que in animo pariat tranquillitatem, ac si quid curiarum, siquid moleste cogitationis in eo reliquum sit, quod non dum unum bilateris frigerit, id certe canus suauitate reprimat proflus, & sedet, mentem uero crapula madentem, & languidam excite, ne quid accidat, quo illa in deterius labatur. Nam quemadmodum quibus exprimitur sensum, ea herba non percipiunt pecudes, uocibus au-

tem inconditis; pastorum, sibilorumq; illecebris, ac fistularum sono & mouentur, & quiescent, ita quodcumque in animo est pastorum, & gregarium, quodcumque agrestis, alienumq; rationis, hoc sanè Musici vocum modis, ac numeris affectur probè admodum, & mitigatur. At moris profecto fuit in epis conuiuis ad tibicinem de clarorum bonorum uirtutibus canere. Neque enim fidicines sine uerborū cantu conuiuum, neq; tibicines exhibrant. Quippe confundendo illa tuenda est, ut ingeniam compotorū uoluptatem in oratione positam esse obiectare, nec modos canendi per se, neque numeros in dicendo, sed ueluti obsonium quoddam adhiberi. Ut enim oblongū quidem in esculentis obiectationem, uini in poculentis libenter sand adiungimus, ita cantu uerbis adhibitio nemo non oblectatur. Ac si illum, tibiarumq; sonus non est profecto quod audiatur, nisi locationem, carmenq; comitetur, si repertaueris Marfam, parcas dedicas propterea, quod puro nudoq; tibiarum concentu certare cum Apolline ad cibaram canente non dubitauerit. Quam ob rem fidei oblationis plurimum in dicendo uerbitur, cantum uero non aspernatur, si quis in conuiuis illum adiungat, non ne desertos doctosq; conuiuis sermo de hac poesi potius decet, in qua Deorum laudes, aut uirtutes clarissimorum hominum uel ad tibicinem, uel ad fidicinem canuntur, cum ijs presertim, qui differendo inter se possint se oblectare, nihil sanè huiusmodi sit foris assumendum. Quippe quod magis humano et canunt tollat, quam ut incunde aliquam uite afferat coniunctionem. Nec modo, qui cum donis penesq; se obtineant salutem, extrinsecus tamen illam accersendam curant, imprudentes, ut ait Euripides, habentur; uerum etiam qui cum in se ipsis habeant, quo quidem hilaritatem, levitatemq; plurimum percipiunt, foris, quo delectent, ut aduertantur, contendunt. Nisi regia quidem illa animi elatio, regiumq; fastidium erga Lacedemoniā Antalcidam, ut honesti, pulchriq; expers, ac barbarum quiddam pro se ferentes notatur, cum ex rosis croco admisis coronam uiguento imbuferit, alienoq; dolore imbutam illi missest, violata nativa propriaq; pulchritudine florum, atque deleta. Hanc secus qui conuiui festivitatem in se ipsi habent, eam profecto perdunt, siqua festina acroamata extrinsecus inducent. Quibus quidem sanè locus tum esse debet in epulari accubatione, cum fluctuare, uertiq; illa in contentionem uideatur; in contumelie vim inflammatam reslinguant, questionemq; inhibeant, que in dimicatione unique inuincundam, sine in concionalem, forcenemq; concertationem, sine in sophiliuum certamen, sit eiusura; quoniamque represso deniq; tumultu compotores ad priorem redant tranquillitatem, conuiuioq; bilarem in modum perfunduntur. Itaque merito Syncerus conuius suo doctrine suauitate insignt, non aduentu, forisq; accessit, sed propria, domisticaq; inuincunditate, et que presertim eruditos deceret, oblectauit. Quandoquidem neque tibicinem us, neque fidicinem neque his trionem, neque pars istum adiunxit, arbitratus nullum ita uoluptatem in eum conuenire locum, ut quam illi interfese, & per-

esperent. & afferrerent differendo, de quibus ipse quidem sermones, quo plane
ordine habendi essent, distribuerat. Quam ob rem hæc ipsa memorie prodi-
turus, que die tertio disputata sunt, in rotidera confusa volumina referre, in
quot retulerat superiorum dierum disputationes, cum totidem illi sermones
habuissent. Quorum principios qui ante prandium habitus est, exponam.

V T primam igitur dies illuxit in Mergillinam omnes conuenerunt. Ac
solet narrare Traianus, quem Summontius apud Accium uoluerat secum
remanere. (Est enim homo natus, ac vigilans, et industriosus, atq; colandis
prestandis; officiis sicut quād diligens, ut pote cuius opera plerisque in re-
bus preceptor ille fener, persepe utetur.) Solet narrare in quam Traianus,
a se animaduersum esse, multum, diuq; solum antequam cubitum uisset iū
acerrima, atque attentissime cogitatione Syncrismus fuisse. Deinde in collo-
quendo cum Summontio, quod reliquum erat temporis nesciunt, id omne
posuisse. Tum uero quasi omnia essent rite comparata, que erant postridie
eius diei peragenda, conquisse. Cum autem, unde erat ad orientem solem
prospectus, bilari lotos admodum nulu, ac incundissima uerbiorum comi-
tate accepti, summaq; cum audiendi expectatione confidissent, Tum Sum-
montius, si, ut denuntiata est, inquit, ab ipsa instruatore, ita singulis ser-
uanda est distributio disputationis hodiernæ, quam non hercule Ieus tueri
oportet, ius erit Pomporum nunc huic ordinandi sermonis labor. Nam Synt-
cerus in sermone instruendo ita paritus est, ut ubi V opifex de Tragida poe-
si defervisset, de Comica tibi dicendum esset. Hic ille, An probè iniquitas par-
ties fecerit, & hanc mibi tribuerit Syncrismus, ipse uidentur. At longe melius
faciat V opifex, cum ipse inchoauerit, quod mabi in positum est, marginaq;
asse certi ex parte; si hoc etiam conficeret. Multo enim, cum de Tragada
nos doceret, de Comidea disputatione. Persepe quod tibi commisimus ei Gau-
nace inquit V opifex, neque ex ea cauſari posse quid id ipsum recipere, nec
diffinire, te facilius illa diuitem ac locupletem esse, cùm copias, opesq;
omnes in trios te no[n]iam recordas, dobitare tueſtis congruſſe, ut cui de
Tragica pariter ac de Comica fabula differendam esset, nemini Jane, quam
tibi, commodius imponi potuisse videatur. Atque operæ p[ro]pter te ſecularum
esse in animalium inducas, que me forte praterisse de Tragica poesi animaduer-
tisti, cùm hac omni; ubi locis quidem erit in differendo atrigeris. Nihil pro-
fessio, quod tu p[re]termissis, inquit ille, à me obſervatum est. Sed ne quis me
derretclarare, quod in ſum e[st] arbure tristis ceru[er]e ut ex equar, pro nirdens oper-
dabo. Atq; ut a rei primordiis initium dicendi faciamus, Comedia uel, ut pla-
no docuit V opifex, ludis liberalibus inuenia e[st], vel ijs capitalitis, qui Apol-
lino Nomio ſiebant, cùm itineres epulis ludorum, ynoq; celeſtati inter fe-
culari i quædam funderent. Atque per locum uita ciuium, & que quisq; im-
probè fecisset, nominatim notaret. Idq; ubi exat refiu in populi foreſtate, qui
in primarios quidem viros libenter fane ardebat. Ita cùm aliud nihil illa effet,

De Com-
dia.
Comedia
quando re-
pertu eſt.

quam simplex carmen, quod inueniunt cotus, dum circum diſtincti uinc spatio-
retur, nunc gyros torqueret. Feſemino quodam ritu ad libiam caneret, dum
ex ijs qui improbos hominum mores itamq; infelaci solebant, poeta quidam
eleganza doctrinae perpoliti vocandi, civesq; per ludum exagitandi morem il-
lum inuitari, fabulan docere inſtituerunt. Cum enim apud ueteres duo genera
eſt poetarum quorū partim Heroici, Iambici partim appellantur, quæ ad-
modum Heroides annulati Tragediam alij scriperant, ita Iambicos fecuti

Comediam alij fecerunt. Et si poetica princeps Homerus Comediam speciem
quandam (quam in Margite quidem planius expressit) cum inter diuinam poe-
mata nominum quam ridicula & iocofa interciceret, ostendit. Qui uero hanc
poemam hunc dicarunt, eius inuentores Epicarmum & Phormion proferunt
Dores, Chionides atq; Magneten Athenienses. Sunt quid dicant Cratines,

Iambico genere scribendi relictio, quod ille magna cum laude trahat, Comi-
cum Athenis institutum, ut tragici enim gens, quo tempore imperium gererunt
summa penes populam erat, apud se inuenientiam, incostitamq; esse Comedianum
contentum. Quem in me ipsa innotescit, per quos autem sit, scagi prouelebat, ut
absoluti poematis forma induerit, non squam fanè de illa, at que de Tragedia
comperit habemus. Quippe cum principio non magno studio in eam in-
buiſſent, seruoq; illi chorū in comediorū principis preuulserit. Nam antequam
id effet inſtitutum, p[ro]nece ut voluntate sua comed[er]et, ut collubiuſſet, chorū
exhibebant. Vbi uero speciem aliquam preſe ferre uisa illa e[st], pleriq; fa-
nē coptā, eſt perturbata. Cū autem complures ex ijs, qui illa in genere que-
uerus comitatis vocatur, foruerunt, sicut maxime tres illi nominantur. Quorū
Cratines Archiboloſci acerbitate imitatus, non modo errata, sed insignes im-
probitates nimis aperit, ac halde quām acerbē deprehendit, carpitq; fine illa
maleſicē moderatione. At tam & si recte opus aggrediri, apparatq; pe-
nit, longius tamen in explicacione argumenti, atq; in re dilatanda progre-
ſioneq; ut conſequās eſt, fabrandū confudit. Eupolis uero,

in acerbitate Cratines temperaret, leporem orationis, salesq; aspergit. Atque
in communiscedo cū plurimum polleret, quam cateni ſpeciem admirabilē,
ibi chorū accessit, preberet conſuetent, hanc ille quidē inter Actus pre-
ſtabat, ſpectanda enim commentia id genus afficeret; que multitudine uebe-
menter admiraretur. Cuiusmodi e[st], cū ab inferis legum conditores excita-
uit, qui tuu[er]e de ferendis, tun de abrogandis legibus difceptarent. Ita qui ea-
ri rerū inuentione admirantes uideretur, ſe tñ maximē bilare, ac festinū
oleſſit. Vtrumq; ſecutus Arifophanes cū ad uim illa alterius acerbā, alterius

festinū ſecutus ita adiuinxit, ut in maleſicē ſubemētū, in locis bilariat[er] adhi-
buſſet, principē locū e[st] ī ea rōne ſcribidi cōſecutus. Vrgilius cū primis hoc ge-
nus Comicoru[rum] Athenis, cū répub. populus administraret, ac libertate abutere
potestas n.d. abatur poëtis, in principes viros, q; auſtriq; int̄operates, impri-
detes, q; timidi, q; temerarij eſent, ſcribidi. Nā plebs, q; ſpōe ſua beatos, prima

Quem in mo-
dum autem
Comedia.

Qui primi in
ea floruerūt.
Cratinus.

Eupolis.

Ariſtopha-
neſſit.

Vnde oris
autem, eſt
ueris con-
dia.

riosic ciues odit, lubens audit cōuicia, quibus illi confunduntur. Ac prob̄ mibi-
quidē in institūtū esse uidetur, ut effet in Theatris, q̄ palām uitia ciuiū notaret;
ut quod quisq; vel infeliciter, vel improbè gessisset; id uirtute emendare flu-
deret, ceteri cauerent, ne si errarent, anjam accusandi sūi pr̄eberent. Ac si
quos peccare minus pudet uirtutis amore, quod bonorū profecto est. At qui
peccare odissent formidine pene. Quid enim plus pene esse potest, quam de-
cens, atque infamia, qua maledictorum noris inuitatur? Deinde qui, quod re-
st̄ constitutum erat, nimia licentia deprauassent, atque adeo proclives ad in-
seßandum traherentur, ut in opimis niros, & in quem libuisse temere in-
ueherentur, cum primum amissi libertate statuſ ſequi mutatus eſt, verumq;
ad ministratio in paucorum potefactum adducta; Comici perterriti sunt; ac
ne quem, ut foleant, iocis & maledictis offendenter, proficere cōperunt. Cer-
nebam enim licere, si quis in aliquem scripſisset, ut hinc dies diceretur ab eo,
qui ſe cōuicij exagitatim effe queretur. Quandoq; in planē ſcītū erat,
ne quis in ſcena nominatum agitaretur. Atque andierant Eupolidem, in quoſ
ille Batrachus facere ueritatis non eſſet, ab iis quidem in mare proiectum anima-
interclusa uitam amississe. Eadem quoq; de carſa, choro, cuius in primis erat
reprehendere, quae erant reprehendenda, loci relatum eſt nihil. Cum eius pre-
bitores, qui chorogri vocabantur, omnino defuſſent. Erat enim Athenis hoc
minus, quod publice, ac populi cōfēnſu deferebatur. Quibus autem delati-
fuſſet, circa erat, ut apparet in ſcena, choroq; exhibendum ſumpius ſuppedi-
tarent. Id uero nonne ſtāim antiquatione effe credendum eſt, cum populo ius
omne creptum eſſet; Et qui Comici argumentū pr̄eberere potuſſent, in ſuam
omnia pateſtū em redigiffent. Nam uel Arifophanis Plutos & Acolithon
choricis carverant, ut bi antem actionem abſcēſſet, illa adhiberi debuſſent, cho-
ri nomine antiq; in ſcripto, locum eius ſignificabant. Quod, qui ſubsecuti ſunt,
Comediarum ſcriptores in itari effe uidentur: Is idem quoque in Cocalo, in
qua Phiboran & Anagnorifnon, quaſi dices corripelam & ſuafionem,
aut ſi maius. Agnitionem, inducit. Menandrum atque Philonenon dicuntur
douciſſe, que in admōdum in noua Comedia uerſerentur. Ita cūm qui alerent
chorum, defuſſent, ſcītū eret a materia, ut moris erat, ſcribendi, alterū ge-
nus, in quo prorsus chorica pr̄etermittebantur, ſucceffit, quod ipſe Arifophanis
& Cratinus dicuntur inueniſſe. Cūm enim corruptos ciuium mores in
ſectari non poſſent, ſtāli muſcromē in ueteres poetas conuerterent, quorum
poemata, ut illos carpenter, cœſoria quadā nota retrahabant. Nam in Vlys-
ſe Cratinus in Homerū inuehiuit; cum, que de illo Heroe is poeta ſcripſisset,
improbare. In Acolithone Arifophanis, que Tragiæ de Aeolo commenti-
eſſet, reprehendit, quos etiā in Batrachis exagiauit. Ilo in genere cūm haud
paucis ſum Antiphanes in primis, atque Stephanus, & qui longe omnibus di-
citur præſtrīſſe Plato floruerunt. Iam uero hec ratio ſcribendi cum ulgo
non admodum ſanl probareetur; tertium genus excogitatum eſt, quām noua
Plato.

Comēdiam

Ynde me-
diū come-
die genū.

Qui in me-
dio genū
floruerunt.
Antiphane-
nes.
Stephanus.
Plato.

Comēdiam dixerunt. Neq; enim ciuibus, ut priſci illi, obtreſtabant, neq; ut *Vnde noua*
ī, qui ſecuti ſunt, ueteres poetas exagitabant; fed ſiclis argumentis, ſine ul-
liuſ obtreſtatione, choro prorsus excluſo, & personas, & res priuatās ad uitā
emendanda uerisimiliter exprimebant. In quo genere Menander & Phile
mon ex Grecis maximē claruerunt. Ex noſtris quis plurimum ualuerit, & ſi ruerunt.
controversum eſt; Cœſilius tamen, & Plautus, atq; Terenius præferuntur.
Nam Varro Mysas Epifilonis ſententia Plautino dixit ſermone locuturas
fuſſe, ſi Latinē loqui uellent. Cœſilius plerique ueterum laudibus ſummis
extulerunt. Terentius cripa Quintiliano elegantissima ſunt. Horatio uidentur
arte anteire. At ille ipſe Quintilianus in Comēdia putat Latinos nix leuem
eſſe umbras conſectos. Id; in Romanum ſermonem conſert, cui quidem ſa-
ncte illam ſolis conſecram Atticis Venerem arbitratur, quando eam,
ut ille ait, ne Greici quidem in alio genere lingue obtinuerint. Hoc loco cūm
Tomponius paulisper ſubſtitueret, Nimirum hoc eſt, inquit Traianus,
quod de Comēdia, quomodo & reperta illa ſit, & mutata, in hunc modum
Horatius.

Agricole priſci fortes, paruoq; beatī,
Condita post ſrumenta, leuantes tempore festo
Corpus, & ipsū animū ſpe finis dura ferentem,
Cum ſcītū operū, & pueris, & coniuge fidā
Tellurem porco, ſyluanū latē piabant,
Floribus & uino Genium memorem breuis aui.
Fefemina per hunc inuentu ſententia morem
Verſibus alternis opprobria rufifica fudit,
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lufit amabiliter, donec iam ſeuis apertam
In rabiem uerti cepit iocuſ, & per honestas
Ire domos impunē minax, doluere cruento
Dente laceſſit, fuit in alio quoque cura
Conditioni ſuper communi, quinetiam lex
Ponāq; lata malo, que nollet carmine quenquam
Defribi uertere modum formidine fuſſis
Ad benedicendum, delectandumq; rediſſi.

Qua quidem de re hac etiam ille idem Poeta, quibus planē declarat Tragi-
cos antequam Comicos exitiſſe.

Succeffit uetus his Comēdia non ſine multa
Laude, ſed in uitium libertas excidit, & uim
Dignam lege regi, lex eſt accepta, chorū ſq;
Turpitē obicitu ſublatu ūre nocendi.

Atque id canſe, cur prætermitti cōperit chorus, mihi quidem potius pro-
batur, quām quoſi poſtquam multiuitudo, que iandū ſeriatu, ſperq; ſoluta fa-
chorū.

MM

Quare cepit
prætermitti

Acterum meditans decus

Stellis inferre, & confilio Ionis?

Tum hisce hortatur, aut potius iubet, ut ad supplicandum pro salute po-

puli Romani Deorum canantur laudes.

Dianam tenerè dicite virgines,

Intonsu puri dicite Cythium,

Latonamq; supremo.

Dilectam penitus Ionis.

Precatur autem laudans Apollinem carmine illo sapphico.

Dine, quem proles Niobe magna

Vindicem lingue, Tityosq; raptor

Senfis, & Troia propæctior ultra

Thibius Achilles.

Fortunam uero hoc triplici,

O Dulæ gratum quæ regis Antium.

Præsens uel in mo tollere de gradu

Mortale corpus, uel superbos

Vertere funeribus triumphos

Easierò dedicationem attigam.

Montium custos, nemorunq; Virgo,

Imminens uilla tua pinus esto

Cum autem plurimum uertatur in genere demonstrativo, non homines

modo laudat, Pindarum, Laniam, Druſum, Mecanatem,

quem dixi Augustum;

sed res etiam ipsa, loca, uillas, uine, fontes, uirtutes, liberalitatem,

modestiam, innocentiam, parsimoniam, otium.

Miris quoque laudibus car-

minum uim prosequitur. Nec de se ipso tacet, ut

Non uisita, nec tenui ferar

Tempa bifornis, per liquidum atbera

Nec de suo poemate, ut

Exegi monumentum are perennius.

Vates

Regalij situ pyramidum altius.

Agit gratias Musæ, quam proinde laudat. Gratulatur Pœpœ Varo, qui quidem incolamus in patriam redierit; cumq; ut meruam Ioni gratiam per soluit, borturat. Contra uero, malos infestat, lenas, metreticas; uiteperat auaritiam, luxuriam, cupiditatem. Rem quoque ut arborem, cuius casu parum absuit, quin oprefus occiderit, queritur persepe, improbat eorum studia, qui se mortales esse oblituscentur. Amicos reprobent. Ut

Ieci beatis nunc Arabum invades

Gazis, & acrem militiam paras.

Iam admonet, ac potius increpat, *Vt*

Non uides quanto moeas pericolo.

Pyrre Getula catus leona

O crudelis ad huc, & Veneris munieribus potens,

Vbi puerum cōmonefaci fore, cūm adolescentis floré amiserit, ut dicat

Quæ mens est hodie, cur eadem non puer fuit?

Vel cur his animis incolumes non reducunt genæ?

Quæ quidem fusionem attingere uidentur, consolatris amicos, Valgium,

Virgilium, Tibulum, cum Telepho iocatur. Hortatur ad pudicitiam tuendā,

ad seruandam religionem. Hortatur Augustum, qui diutius absuſſerit, ut patrīam repeatet. Precepis demique rectè uiuendi pueros, uirginesq; conformat.

Ac planè, que ipse se attigisse professus fuerit Horatius, illa sum.

Nos coniuia, nos prælia uirginum

Seclis in iuuenis ungribus acrum

Cantamus uacui, sive quod urimur

Non præter soilitum leues.

Iocoſa enim, non grauia citbari modis, ut ipſe ait, aptanda ſibi eſſe conſtituit.

Quām ſepe ad canam ille, ad compotandum, ad uoluptatem inuitet.

Quām crebò amores tum ſuos, tum alienos pertrahet. Quām probè amici-

tias colat, cūm ad amicos frequenter ſcribat, ſuperuacuum eſſe docere.

Alceum enim ſe ille non ſemel in uitatum eſſe profectur. Quāmquā omnium fe-

ré Lyricorum plerisque amatorjā ſunt, unumq; olen poemata. Verum Al-

ceus preterquām quod in lūſus, & in amores ſapissimē deſcedit, tyranos

mirum in modis ſetatur, ut le majoribus declarauerit ſuſſe rebus aptiorem.

Ac de rebus quidem, quas lyricum genus compleſtatur, in hunc modum ille

idem Horatius.

Musa dedit fidibus diuinos, puerosq; deorum,

Et pugilem uictorem, & equum certamine primum,

Et iuuenem curas, & libera uina referre.

Stesichorus uero & bella, & clarissimos duces carmine melico dici poſſe

ostendit. Quem Simonides emulatus, cūm de regum Perjurium rebus elegias

fecisſet, certamen quidem nauale, quo ad Salaminam pugnatum eſt, Lyrico

uerſu

uerſu cecin̄t. Ac si quis Tindari poſem inſt̄exerit, intra fines non ſan̄e an-

guſtos Lyrici materiam concludet. Fertur enim decem & ſeptem libris poe-

ma ta multa comprehendere. In quibus, p̄t̄er insignas illas & celebri-

tales ludorum, & uictoriar̄ ab eo quatuor uoluminibus carminum decantat-

tas, recenſent proſodia, que in ſolemnibus ſeſtiisq; Deorum immortalium

diebus canebantur. Quod genus illud eſſe cōpertum habemus, cuius initio eſt,

Tiſſaliorum ἀρχαὶ μελοισιν, η καταπαυομένων, η θεῶν ἐπιτων ἐλατῆρες

et cetera;

Tarthenia, que uirginum laudes compleſtebanur; Enthronifmi, que

regum, cūm primum illi regia in ſede regali ornata collocabanur; Bac-

chica, cūm Bacco fierent ſacra; Daphneborica, cūm Phœbo celebriteries ha-

baretur; Peane ad laudandum aliquem Deorum, quānq; priuatim car-

men hoc Marti, antequām pr̄ ſuum inretetur, Apollini poſt pugnam canebu-

tur; Salutatione preterea, que celebrem quādā bilatatem p̄t̄ ſe fer-

bat; Diuina tum preceſiones, tum laudes, qui quidem uocantur hymni; Di-

thyrambi, encomia, quibus homines clarissimi laudatūt; Nenie, qui cantus

eſſe funebres dicuntur. Horum poematum uidetur Horatius ita meminisse.

Seu per audaces nona dithyrambos

Verba deuoluit, numerisq; fertur

Seu Deos, regesq; canit deorum

Sanguinem, per quos cedidere inſta

Morte Centauri, cedidit tremende

Sive quos elea domum reducit

Palma cælestes, pugilēmu, equāmue

Dicit, & centum potore ſignis

Flebilisponſe iuuenémue raptum

Plorat, & uires, auiumq; moresq;

Aureos reducit in altra nigroq;

Lege ſolstis.

Flamma Chimere.

Minere dohat.

Inuidet Orto.

Scolis que ille idem fertur docuſſe, quomodo in accubatione epulari

ordine quodam,

ut ſedebant, contorto, tum ioca, tum ſeria cancerent ſinguli

ſine.

conuiae. Erat enim ſcolum canticum, quod pauci uerbis contentum de re

bus quidē humanis, ſue laudande illæ effent, ſue potius nūperāde, in epulis

fundebarūt. Nā Timocreo Rhodius eo carmine diuitias improbat, cū ita or-

ō ſpelz ὡ τυφλὲ

Μητρὶ γὰρ, μητρὶ γὰρ Θελαδονῃ, μητρὶ γὰρ πείρεω φανημέναι,

Αλέα τε τεχνοτροπεῖσθαι καὶ ἀλέα τε.

Διὸς σὺν τῷ γὰρ αἰθέῳ ποιεῖ κακά.

Quod iam acutæ callidæ, dictum eſſet, eo potius appellari ſcolium uolūt,

quod homines illud uerſuti, ſcientesq; contortis acribusq; canerent uerbis, q

quod obliquo ad mensam ambitu accubarent. Aristoxenus uero tradit in

continuo nuptiali carmen id genus cantari solitum, qui cantarent ex myrto coronas habere consuef. Genus autem id omne, quod in epulis canebatur, parvum appellant. His itaque per se cibis, que melici attingebant, facile cognoscetis principio materialm illorum in rebus diuinis positam fuisse. (quod nullo prorsus modo tibi controversum erit.) Scanticula illa Duidica, quibus nihil, sanctius nihilque diuinus uequam auditum est Hieronymo, quod quidem certe a sensu oportet, lyrico ueru' confecta esse conceperis. Nam fator' nre ea doctrina me esse, nec tam atri iudicio, qui numeros eorum, pedesq; notauerim.

Quomodo in Utinam sit, quo observatione hanc discere possumus. Deinde cum ad res hominum illa deflexisset, ad amatorias quoque uoluptates, & ad leuiores lusus d. fluxisse. At quomodo in hac materia Melicus num simpliciter narrando, an potius imitando uertitur, non temere colliuerius, cum Dithyrambius similem Plato narrationem imitationem uero tribuat. Aristoteles. Cum enim omnium confessione tria sint genera poetatum, quorum quod implicitissimum est, exponendo ueratur. Alterum in effigie, Tertium ex utroque coniunctum est, in hoc postremo lyricam poesim Grammatici posuerunt. Quodquidem narrat Horatius cum ait.

Solutur acris hyems grata nice ueris, & Fauni,

Trahuntq; siccas machina carinas.

Inducit aut uirginum, puerorumq; chorū, qui canat carmen illud seculare.

Phœbe, sylvarumq; potens Diana,

Lucidum cœlū decus, o colendi

Semper, & culti, date qua precamur Tempore sacro.

Iam huius carminis initium a poeta proponitur.

Pastor, cum traheret per freta nauibus

Idaei Helenam perfidus boſſutum,

Ingrato, celereis obruit oco

V'ntos, ut caneret fera Nereus fata

Cetera uero continet imitationē, cum Nereus, qui Troe ruinam predicit introducatur. In illo

Inſum, & tenacem propositi uirum

Non ciuum ardor prava tubentum,

Non uultus instantis Tyranni

Mente quat' solidā, neque ansler.

Tum prima loquentis poeta sunt, si po'rema. Media uero, que maxima pars est, iunonis ad dicendum inducit. Quemadmodū hoc etiam in cantu,

Calo tonantem credidimus Iouen Regnare.

Cum aliqua ex parte poeta induceret loquentis Reguli personam. Illa autem Donec gratius eram tibi,

Nec quisquam potior brachia candida

Ceruici iuuenis dabant

Perſarum pigui rege beatior.

Et quid resumere hinc non nullum.

Iam iam efficaci manus scientiae.

Sermonis inſularis conscripsi, & cendem in modum, quo Tragici uniuersi, preterquam quod poeta ipſe, quod alter ex personis in Tragediis colloquendo minus exequitur. Quid hoc.

Te maris, & terre, numeroq; carentis arenę.

Mensorem convitum Arbitra

Tuleris exigui prop̄ littus parua marinum

Munera, & Nonne preterea persone confitionem habet? Quia uero plerique personam Lycius tenet suam, uidentis est, nunquid tum etiam immitetur. Nem.

Aristoteles docet imitationem abiberi non modo in agendo, cum omnibus nostris ponimus personam, sed etiam in narrando, sine indumentis alienam, siue nostram geramus.

Ac sane is mihi quidem imitatur, qui probé uel corporis formam effingit, uel exprimit affectus, uel mores notat, seu quid aliud ita describit, uel oculis subiectum id putes. Eiusmodi sunt Horatii carmina illa serbationia, in quibus nem inducitur. Quid e' cum poeta ille nauim, cum amphoram affat, quasi adsit, atque audiat, an non conformatio quedam est?

Ac ueterum cantica Melicorum, cum in aliqua nel priuatis, uel publica celebrata, ut diximus, canerentur, nonne consentanea erat, ut uel chori canentis poetarum, uel poetae chorus personam indueret? Chorus enim, qui caneret, fingebatur in peane, in Dithyrambo, in proxodio. Poet' suscipit munus in his, que de letitia illa ludorum quingenialium, ac de uictoribus eorum conficit. Pindarus.

Utrunque uero sine imitatione fieri neutiū potest. Erit itaque Melica poesia absolute cuiusdam actions. & uero plerique grauis & honeste, interdum etiam iocoſe ac leuis imitatio; que uerbibus non uiiq; uidis, sed numero, harmoniaq; ornatis peruenient, ut delecte pariter, & profit. Age uero in lyrici carminis partes ostendantur, que uim, speciemq; poematis continent, totidem in hoc ipso, quot in comedia statuamus. Ac fabulam, ut in quoquecumq;

allo genere; ita in hoc integrā, unamq; esse censēndū est. Si dicitur is age re, qui orat, siue landat, siue uituperat, siue revocat, siue impellit. Quid?

qui res uel diuinas, uel humanas ad Deos, hominēs laudandos exponit, qui turpia reprehendit, qui precatur, qui seriam, qui iocafam materianam tractat, nonne in actione quadam ueratur? Et uero secus ac uel Hispōicus, uel orator.

Horatius cum Augusti nocturnas celebrat, cum liberalitatē probans, auaritiam improbat, cum hominum cupiditates infelicitat. Pindarus cum pugilum, aut cursorum, aut luctantium nocturnas laudat, singula profectio sic

exprimit, ut lyricum docet poetam. Verisimilitus enim, que uera sunt, narrat, adhibita mirifica quādā suauitate. Quam uero ad effigendū ille suscipit expostio & actionē, hanc non longa esse quis dubitat uerū? Nec etiā longā reū gefarū serīe

u'li uenit ut explicet, quod fecit interdū, qui canit, ut Orpheus, ut Homerūs; nisi explicatio deorum laudes, breui tamen id expositione prosequitur. Quandoquidē quoq; tio.

Quid sit Melica poesia.

mais partes Fabula.

Digriffo. laudat non sanci agentes singit, sed qui uirtutes, gloriāq; illorum pr. edicet, chorum introducit. A' materia quoque suscepta digreditur, quod genus est,

cum Horatius ad laudibus Augusti defectus ad laudandum. Reguli uirtutem, aut cum inuocata Calliope ad dicendum, que sibi obuenierunt, ad bellū narrationem, quod cum Diis Gigantes gesserunt, egreditur. Interiicit uero Pindarus plerunque qua sunt preter profpositum genus. Quem admodum illud est,

cum Olympiacam certationem, Hieronemq; Olympionicien laudatur, ad fabulam, que de Peleope est, expromendam diuerit. De moribus porrò quid multa dicam? cum tota haec poēsia morata ferme sit. Mitis enim profectio est omnis haec ratio, blanda, humana, lenis, iucunda. Ac si satis facit, si roget, si ue-

niam petit, si credit, si facit expostionem, si gratulatur, si gratias agit, si commendat, si laudat, si monet, si iocatur, si consolatur, si ad sollicitatem innuit,

Affilius ue- affectus utique mouet mihiores. Quid è amores; amicorum, necessario-

rumq; desideria, studia, affectiones animorum, uirtutes, uita cum exprimun-

tur; num ab hoc genere putas id abhorre? Contra quod raro fit, cum in- uehimur, cum querimur, cum indignarum, cum in amorem, inuidiam ex-

citamus, in altero genere, quod patheticum uocant, uerfanur. Nam in amici-

tis quidem colendis, quam dulces illi affectus Horatiani sunt. Cur me querelis exanimas tuis?

Nec Dis amicum est nec nubi te prius
Obire Mecenas, me arum
Grande deus, columenq; rerum.

Ab te mea si partem anime rapit
Matruor uis, quid moror altera?
Nec carus aquæ, nec superstes.

Integer. Illa dies utranchise
Duceat ruinam.

Quod Carmen rotum ferme moratum est, ut illud in Epodis.

Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula,
Paratus omne Cæsaris periculum.

Subire Mecenas tuo.
Quam plane, & quam suui animorum permotione Reguli pietatem his

verbis effinxerit?

Fertur pudice coniugis osculum,
Paruusq; natos, ut capit is minor,
A' se remouisse; & virilem
Tornus humi posuisse uultum;
Donec labentes confilio patres
Firmaret author nuncquam alias dato;

Interiicit morenteis amicos.

Egregius properaret exul.

Videlicet ut incolumente sua neglecta querebat patria salutem. Quid

cum amores exprimit? nonne amati opiniores, affectionesq; pbellè declarati ut,

Donec gratius eram tibi.

Nec quisquam potior brachia candida.

Cernuici iuueni dabant.

Perstram uigil Rege beatior. EA

Mater fera cupidinum,

Thebanæq; iubet me Semeles puer,

Et lasciva licentia.

Finitis animalium reddere amoribus.

Quam dulciter mouet, cum roget?

Lydia dic per omnes

Te Deos oro, Sybarim cur properes amando

Perdere? cur apricim

Oderit campum patiens pulueris, atque solis.

Cum ueniam petens Palinodiā canit ad amice gratiā sibi recōciliandā,

O' matre pulchra filia pulchrior,

Quem criminis curque uoles modum

Pones iambis, sive flamma,

Sive mari libet Adriano. Cùm expostulas

Vitas binuclco me similes Chloe

Querenti pauidam montibus aujs

Matrem, non sine uano

Auraram & sylue metti.

Vbi timide quoque uirginis morem effinxit. Cùm inuidiam dissimulans

amulo diffidum pronuntiat,

Quis multa gracilis te puer in rose?

Perfusus liquidis uret odribus,

Grato Pyrrha sib antro?

Cum inuidia se commotum esse planè declarat,

Cum tu Lydia Telephi

Cernuicem roseam, cerea Telephi

Laudas braccia, sive meum

Fervens difficile bille tunet iure.

Cum sodalis in Ancilam amores defendit,

Nec sit Ancilla tibi amor pudori

Xanthia Phœbus prius in solitem

Serua Briseis nuncio colore

Mouit Achillem.

Annon s' melius, q' solebat, affectum ostendit, ubi respicere uidetur?

Parcus Deorum cultor, & infrequens,
Inqanitius dum sapientia
Consulit ero, nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor reliquos. Parsimoniā uero explicat sūta, ubi sic exorditur.
Perficio di puer apparatus. Et
Quid dedicatum poscit Apollinem
Vates? Vbi quod expedit his herbis demonstrat.
At precor integrā cum mente nec turpem senectam
Degero, nec citara carentem.

Quid cū Tibulum consolatur? quād dilucidè amatorios & eius, &
Quomodo ne suos exprimit affectus? Iam uero ut Lyricum in altero etiam genere non
hementiores. nunq̄ uerti ostendamus, cū amaricā, cū cetera nūta detinatur, cū inselatur
Chlorum impudicā, odiūt cōcītā, cū queritur de uite breuitate, miseratione.
Cū inducit Nereum, qui cladem Troianam, illūg, excidium predicen-
do Paridem deterreat, metum incutit. Nam eo in cantu qui sic incipit,
Audire Lyce Di mea nota, Di
Audire Lyce.

Tum indignationem exprimit suam, quās nati compoſetetur, quid à qua
ipse, cū & pulchritudine & etatis gratia florens ea placeret, se neglectū
eſe conqueritur, illa pādē iam anū ſtaba ad adolescentibus cū amari cupiat,
ut ipse à Diis optauerat, contēnatur, tum etiā dolorem, quid omnīs uenustas,
omnis; dec̄r eius forme, que ſibi aūum ſurripuerat, perierit. Eam uero in
offensionem innixus potius, quād in commiferationē adducit. Atq; uim hanc
perturbandi ut frequentius adhibeat, conſentaneum eſt, qui res bellicas tra-
bat. Illa porr̄ ex iuroque geneve coniunguntur, quorum initia ſunt,

O' crudelis adiue, & Veneris muneribus potens.

Cū moneat adolescentem ſic tandem amifum atatis florem deploratu-
rum eſe, ut commiferationē ſit excitaturus. Sic te Diuina potens Cyri.

Cū Virgilio felicem precectur navigationem, & eorum audaciam, qui
quidem primi ansi ſint nauigare iuriuſam faciat. Et
Quis desiderio ſit pudor, qui modus
T am cari capitius.

Vbi Virgilium consolaturus, quod ſanē humanum eſt, Muſam ad lug-
brem canum hortando ſletum mouet. Et

Extremum Tānam ſi biberes Lyce.

Cū & uenias petas, & ſe miſerabiliter eſe preſerferat, odiūm uero &
offensionē in illā amicē ſupbiā & aſperitate, quā planē effingit, cōmoueat. Et
O' nauis referent in mare te noui

Fluſtus. Et

Impios Parrē recidentis omen.

Ducat.

Cū & deborlano terrorem inſiciat, & admonendo, qua ipſe curia de
ijs, ad quos ſcribit, quo ſtudio capiatur, oſtendat. Et

Non obit, neque aurum.

Mea renidet in domo lacunā.

Vbi frigilitatem ſuam commandat. Alterius libidinem acuſat. Eiusmo
di p̄terea multa offendit. Sed p̄ tuca hęc ſatis erunt, per que ut Lyricus cū
patheticum, tum moratū genus, in eundem etiam quod ex iure, coenclit, attingat, cognoscamus. Quomodo quod ad ſentētias, uerbāq; attinet, træſet,

ut a catris in eum locū, quo eloquido precepta trādēda ſunt, à nobis itē rei-
ciatur. Quid de cantu, ac de ſpectatione plura exponam: cū planē ſtende-

de canū.

rim ad musicorum ſtrumenta, extrexi a choro carmina melicorum, & qui-
dem in dierum feſtorum celebriitate. Id autem mihi quidem uidetur non ſā-
nē pretermittendum eſſe, quod canticā illa tripartita, cuius ſnodī ferē ſunt

eā, que nobis ex tot Pindari libris ſuperiunt, ut paulo poſt explanabitur, ſo-
liū eſſe ab ijs, qui erant in choro, hunc in modum concini ſcribunt. Saltare

enī illos in orbem, & cū dextera in leuam inciperent moueri, ordiri can-
tum, que pars, ut a Gaurio & A' Vopisco Conuerſio dicta eſt, appetetur, cō-
trā cū in dextram a leua ſalutationem canentes torquerent, toridem gene-
ris eiusdem ueribſus conficerē partem, quam vocemus Reuerſionem. Tun in

canendo hincere atque ſtarē, que Greec Epodos à ſuperioribus omnino diſſen-
tis nominatur. Ac ſiruationem mundi omnia mirarentur, in quo colum-
a dextera in leuam, à leua in dextram ſidera uertuntur. Nam in oriente mu-
di dextrum, in occidente leuam philoſophi Homerum ſecuti conſtituent.

Terra uero ut parvū omnium iuſma in ima, eaq; media ſed immobiliſ ma-
nens defixa eſt. Neq; deſunt qui tradant, quod mihi quidem haud proſecto
probatur, ſaltationem a Leua incoarari, à dextera retroqueri, quāi aſſentiantur
uerius mūdi leuam in Oriente, in Occidente dextram, ut Augures faciunt,

collocari. Atque ea quidem ſunt, que Lyrici ſpeciem poematis perficiunt.

Que uero molem, & quiſi corpus, principium, atque narratio conſentunt. Ac
principium adhibetur in Lyrica poſti, cū opus ordiendum eſt. Scripturus
enī carminum libros, ſic exorditur Horatius,

Mecenas atauis edite regibus
O' & prefidium, & dulce deces meum.

Singuli uero catus apud eundē poetā, & raro illud habet, & breue, ut eſt,

Quem uirum, aut heros lyra, uel acri
Tibia ſumis celebrare Clio?

Quem Deum? Cū Muſam rogar, aut cū innocat,

Descende celo, & dic age tibia
Regina longum Calliope melos,

Alia par-
tio Lyrica
poematis.

Seu uoce nunc manuis acuta,
 Seu fidibus, citbariae Phœbi.
 Aut cùm proponit,
 Pastor cùm traheret per freta nauibus
 Idgit Helenen perfidus hospitam,
 Ingrato celereis obruit ocio
 Ventos, ut caneret fera
 Nereus fata. Et
 Odi profanum vulgus, & arceo,
 Fauste linguis, carmina non prius
 Audit. Musarum facerdos
 Virginibus puerisq; canto,
 Quo prohemiō attentionem precipue sibi captat. Illud quoque in star principiū cuiusdam est,
 Martijs celebs quid agam calendis?
 Quid nelint flores, & acerra thuris
 Plena miraris, politusq; carbo in
 Cestite uino,
 Docte sermonis utriusq; lingue.
 Pindarus uero nusquam canit, quin preludat. Exordium statim subsequitur narratio. De qua Syncerus, quemadmodum & de principijs, abunde defseruit. Verum Horatius prater illud torius operis exordium, prateri; ea, que deinceps canens exponit, poema clausuram in fine quasi exodium facit, ut illud est, quod in hinc incipit modum.
 Exegi monumentum ære perennius.
 Nam carminum omnium hoc poeta ille ut ultimum cecinit, & si postea Lyricum genus repetens, quartum adiecit uolumen. Itaque tripartita poesis illa Horatiana tota erit, cuius quidem partes probatum, expositiō, exodus dici possunt, earum media longissime prouehiunt, per brevis prima non fecus atq; postrema est. Vnico. n. utraq; & feliciter cantu cōtinetur. Quia uero poematis quorū tum partes Lyricorū & quae quidem, & quot sint, plaus est edimus; reliquum genera sint, est, ut genera illorum & quos sim, & quō scribantur, exponamus. Sunt quā quoniam scribantur illa ē se, cantū, quam oden græcē uocat Horatius, Epodon, Palindram. Sed epodos in iambicis collocant eos preferunt, quorū priores senariōli sunt. Cantus uero Lyricum omne carmē appellatur. Palindra porr̄ cantū quoque esse qui dubitat, & quidem quo recantat, ut Horatius ait, Oppribijs reconciliatio gratie comparatur cuiusmodi Horatianum illud est,
 O' matre pulchra filia pulchrior.
 Mibi uero illa ratio distinguendorum poematum probatur, quæ sumitur à uarietate scribendi. Num enim genus simplex est, quod uno eodemq; cō-
 Me canas ataxis edite regibus.
 (Scribitur uerū, ut)

Alterum

Alterum est, in quo ille mutatur, idq; aut absolute, aut comparatè. Quæ comparationem habent, genera multa sunt, sed duo quidem summa, quorum alterum Græcē monostrophicum nominatur, cuiusmodi plurima sunt. Quo Alceus, que Sappho, que Anacreon, que denique Horatius nosfer poemata concitat. Vna enim conuersione totius carminis mensonem plerunque illi comprehendenterunt, ut
 Iam sat is terris niuis, atque dire
 Grandini misit pater, & rubenti
 Dextera sacras iaculatus arcas Terruit orbe.
 In quo Sapphico unius sunt omnes modi conuersiones. Hoc genere epodi continentur, cùm longiorē breuior uerbi conjugantur, ut
 Soluitur aeris bimē grata nūc uetus & fauori
 Tralibuntq; scissas machine carinas. Et
 Diffugere niues redeunt iam gramina campis
 Arboribusq; come.
 Et qui fecis quidē scribuntur, prodi, cū breuior longiore amegredit, ut,
 Lydia dic per omnes
 Te Deos oro, Sibarim cur properes amando
 Perdere, cur apricum
 Oderit campum patiens pulueris, atque Solis, Et
 Non ebur, neque aureum
 Mea renidet in domo lacunar.
 Vbi conuersio ex binis uerbis conficitur. Continentur etiam qui dicuntur mefodi, cùm longioribus breuior, aut contra breuioribus longior interjetur, unde exemplum petam, nō sanè mibi quidem in mentem uenit. Sed posset in hunc modum ostendit, cùm breuior interponatur,
 Nolis longe ferre bella Nymantiae
 Optari citbare modis,
 Nec dirum Hannibalem, nec siculum mare
 Tu secanda marmorā
 Locas sub ipsum finus, & sepulchri
 Immenor ſtruis domos.
 Alterum genus est, quo diffimileis inter se conuersiones comprehenduntur, idq; multiplex quidem profecto est. Aut enim paria subsequuntur dispar quod epicodicum dicitur; aut antecedit, quod prodi cum; aut comparatis interjetur diffimile, quod mefodicum vocatur. Epicodia quidem ferè omnia sunt Pindari carmina, que ad nos peruenient. Nam & quod monostrophicum sit, eo repertus, ut est in Olympijs, quod ille Ptaumidi Camarinensi, qui quadrigis uicerat, scripsit. Catena uero genera in ueteris Comadi pariter, atque Tragedie choricas deprehendens, quemadmodum Vopiscus, & Gauricus docuerunt. Sunt & que nominantur palinodica, cùm paribus

DDD

inter ea, dispartia illis que sint, sed paria inter se, complectuntur, & que periodica, cum similia inter se comprehenduntur ab his, que quidem & sibi inter se dissimilia sunt, & interieatis. Ac nusquam adeo brevia reperiuntur, quin sint hec quidem quadripartita; tripartita uero illa, superiora, que & quadripartita fieri possunt, & quinquepartita, plures; etiam partis complecti ita, ut omnium una à ceteris discrepet, sive principem illa, sive medium, sive postremum teneat locum, cetera omnino inter se pares consentiant. Quae uero absoluè scribuntur, ac sine ulla comparatione, non uno genere continetur. Sed exstat profecto ubil aliud, quo quidem quemadmodum Lyricus illa conficiat, liquere posset, preterquam illud ex Olympiis ultimum, quod Eterōsphron vocans, cum binas inter se dissimiles & uersi & numero prouersus habeant conuersiones. In illo enim carmine sic Pindarus orditur;

Καρπίων ὀλύτων λαχεῖ
σαι, αὐτε νολέτε πεπλητώλον ε-
δραν, ἡ λιπάρες κοίσθιμοι βασίλικαι
χάριτες ἐρχεμενοῦ,
πεπλεγόντων μηναὶ ἐπόκρυπτοι
καλύτερα δύχεις.

Quantum sit

carmen Ly- ita contendem in hoc modum quandam adhibendum esse, ne prætergredia- tur fines, quibus longitudo eius claudenda est, neq; brevis adeo sit, qui aureis implere nequeat, aut evanescat, anteq; subeat sensum audiendi. Atque tam in his qua numeris, pedibusq; ijsdem conficiuntur, quam in illis, quæ uariant ita uersum, ut omnium idem sit modus conuersioneum, docebit Horatus, quærum esse oportet at carmen; Pindarus uero cum in genere monostrophicu in comparatis quidem illis, que paribus disparem comprehensionem adiunctam habent. Ac tam si neminem esse putat Horatus, qui non frustra conetur illum emulari, si quis tam in diuinum induxit, ut uelit eundem scribendi modū imitari, quod hac estate audio non deesse, qui motivat me desit quo quidem ille uitatur tanq; exempla in medium afferam primum illud ex Olympiis carmen. In quo uertendo (ueri enim adolescentis per ludum) qua ceteri sepe uitunt libertate, si mibi id quoq; licere sum arbitratus, præserit cum in uer- su trochaico senes pro trocheo fondens, (quod ipse Pindarus non fecit) scel- do posuerim loco, obsecro ne nitio uertatis. Nam qd syllabæ inter se diuisæ, aut potius à uersib; absisa uideantur, quarù priores sine uersu explent superioris, subsequentes initium ceteræ faciant, nihil profecto mirum. Cum Horatus nō se-

Ocum bello furiofa Thrace,
Ocum Medi pharetra decori
Grofphæ, non gemmis, neque purpura ue-
Nale, nec auro.

(mel in hoc idem incident, ut,

Nec mirandum sit, quod conuersiones plerumq; clausulas habeant ita in perfectas, ut que pars orationis, sine membrum, sine circuitu, sine inciso, non est antegreditus fine conuersioneis absolute, aboluatur initio conuersio- tis, cum uel Epodo non usquequaque sententia claudatur.

Conuersio.

Aqua est optima rerum, uti Gregorij Regi.
Nocte cum flagrat ignis,
Emicat ante opum omne Pelopis colour est; quem maris potens,
Decus egregium nitor auri. Humumq; Deus continens amauit,
Eloqui certamina Vi ipse ex mitto lebete prodit,
Si libet numeris, an Fulgens humero iam eburneo,
Sole fidus aure, in Vitæ redditus.
Quod magis niteat Quam multaq; mira,
Silenti in ethere, serena Mortaliumq; pectora
Die conspiceris. Procul uel ab omni fide
Quid nam Olympico canatur Politi a quidem uaniloquis modis
Pulvere prestantis? Decipiunt camæne. 3
Ita celebre melos Conuersio.
Vnde funditur bene Facit que, placeant uis
Peritis, ut inde respon- Cuncta, gratia late
Iouem, splendidos beati adierint Vimq; decusq; probens;
Lares ubi Hieronis, optima — Fidem ut inueniant uacui si-
Reuerso. De illa sepe prefutit.
Ministrat siculo probe At dñe sequitur, que
Iura qui loculepi, Testis est gravis dies,
Qui legit omnem honesti Verum enim canere
Apicem, specimenq; boni omne; Honestæ de Dijs deceret,
Eniteq; folculis Minor nanque culpa erit.
Musici, quibus & nos Tantali puer feci te,
Ludimus frequenter ad Ac ueteres dicam ego.
Menjam amicam bilares. Vbi retrubueret,
Age ergo dorij canoram Accubationem ad eccl.
Modis nunc lyram capes; Pularem, piamq; Sipylum
Si quid & Pise quidem, & ui- Vocatis, amata munera
Coris equi gratia Deis, rapuit ipse te inclitus —
Agit at animo Reuersio.
Dulce, quod suapte, non Tridente, actus amore ma-
Vi alia ad Alpem patia iam Gnoauris in equis ad
Peregit citius, simulq; domino Tecta tulit supremi
Potens retulit ille gloriam — Superumq; hominumq; parentis,
Epodos. Quo quidem ante candidus
DDD ij

Venerat Ganimes
Par minister & Ioui,
Atque cu*n* ipse aberas
Latens, duiq*n* iam parentum
Inani petuis ar-
Dore; fusus illico est ser-
Mo inuidia proximi,
Quod adeo in aqua abe-
No calente membra per,
Secant te quidem ene penitus,
Paratoq*n* & inde caeo ad epulas
Minutus bi eximunt famam. —
Epodus.
Ego ut furere nentre quenquam
Fatear Delim, abfit,
Dat ille sepe p*ro*p*ri*a, male qui di-
Xerit. At enim potentes apud poli
Honos habitus si uero cuiquam est,
Fuit Tantalus ille maximas opes,
Sed conquere haud potis tamen,
Plenumq*n* eruditus. —
Ad sup*er*biuum tra-
Xit. Nam parentis imperio
Silex super ipsi*m*ininet,
Ut illa cauere hic cupiens miser. 3
Differeat dolore.
Conversio.
Quid hoc denique trifilius,
Duriusq*n* malorum
Cum tribus ille queruntur
Habet, assiduumq*n* laborens
Surripit quod a Deis
Nekar, ambrosiamq*n* it
Compotantibus daret,
Vnde morte uacat.
Deos, quod efficit, putat qui
Latere, illi fallitur.
Haud mora, illi*c*et remittunt
Ceticole filium,
Genus ad id boninum
Cite subditum neci.

Nitor iam*n* primus aderat
Iuuentu*n*, genasq*n* flore decorans,
Parata sibi habere premia. —
Reuersio.
Pisae à Rege parente pul-
Cherriman Hippodamiam
Statuit, a litigis,
Mare marmoreum prop*ri*e solus,
Inuocauit undis*o*
Num patrem. Statim at ille
Ante uisus est pedes.
Stic*s* fatur. Age,
Amica Cypridis Dea do-
Na Neptune si tibi
Grata sunt, ligato ferre.
Am Oenoma lanceam.
Celeriter etiam
Ducito me in Elidem.
Quadrigis, decusq*n* tribue.
Sed concurreo haud potis tamen,
Peremptis decem tribusq*n* ita uiris
Amantibus, si ipse disfult. —
Epodus.
Ingale sobolis cubile.
Subit id pericli hand.
Iners, obire quos denique oportet,
Quid erit ut otio inglorios agant
Dies, devorunq*n*; omnium senescant
Inanes, subeund*t* at hoc mihi q*uo*d est
Certamen. Id ergo tu pater
Pre*sta*, quod expeto.
Dixit, neque frustra.
Nam compotem p*ro* quis
Adornat cum, munera-
Que curvum Deus tum dedit aureu*n*,
Alipedesq*n* promptos. 3
Conuersio.
Ita ille Oenomaum capit
Coniugemq*n* puellam.
Sex genui tyrannos
Populis date iura peritos.
Iam*n* habet piamina

ps*e*, quando parentant
Aphel fluenti a pro-
p*te*, edito tumulo
Iumatus, aran ad inclytam, quo
requens turba conuenit
onge olympie refulget
dolora cuius Pelo —
is, ubi celeritas
im pedum probatur,
Lyod audens potest ualida uis.
Cana*n*, ac faciliore cursu
vitiusq*n* laude ure frui*n*
Quete celebri, nec alterum
Cito quidem actus ad nobile curru
Reuersio.
Croni*n*. Etenim ip*sa* mi Mu*ja* carminis
petit preterea decus.
Quippe quotidiana
Que fuerint, sup*er* prima
Bona erunt. Decorare sed illum
Melyra soleide.
Lege oportet equestri.
Sug*er*um enia mibi hospitem
Non alium, pariter
Qui honesta calleat, ualeret
Ip*e*, at sit, ut alto
Hanc uitam ita exigas loco;
Tot autem ego uictoribus
Reponam, inclutus quis sophia ferar
Grauengas per omnes.
Hic cum Carbo reticulasset, irre, inquit Summontius, Pindarum Horatius,
nostrer admiratus, ab eius imitatione catervos omnes deterret, cum ip*se* sibi
Alceum porus, quam po*et* am illius proponeret, quem imitaretur. Nam
Divi immortales, quanta interdum ui*ta* rapitur monte decurrens, ut ille id ait,
uelut amnis? Quam leni cursu interdum per amena labitur loca? Quam
multa aura subtilius atque cyclus, atque se tollit? Quam concava, acuteq*n*,
quam graues, quam recondite exquisit*o*, illius sententia est quam uberes,
quam crebra*n*? Ut lat*er* digreditur, ut long*er*, sed absq*n* ulla offensione fabulas
exponit? Ut apt*er* ad rem accommodat digressionem? ut commode*n* se recipiat?
Quanta numerorum pedum*n*; fertur uarietate*n* quippe cum in eadem com-
prehensione raro uersum, qui unius, eiusdem*n*; omnino modis*n*, repeat. Ut
in Dithyrambis ea fortasse de causa lege solutis ferri numeris ille uideatur.
Quis enim lege carmen illud epicodicum carere putauerit, quod ordine tam mi-
rando compotum eodem semper modo tripartitum est? Quandoquidem pro-
res illa comprehensiones, & que antegreditur conversio, & qua reciprocatur,
cum inter se pares omnino sint, sibi deinceps totidem uersibus eiusdem ge-
neris, familiarumq*n* pedum*n* respondent. Que uero prorsus dispar illis est, cum
profecto semper in modum a ceteris difficiens, par sibi ipsi deinde consequitur.
Tum Carbo, prob*er*, inquit, uideris mibi quidem Summonti animaduicer-

tisse & uini illam Pindari diuinam, et quam ipse in cantibus legem tuerit.
Sed quod per audientes noua dithyrambos.

Verba deuoluit, monerisq; fertur Lege solutis,

Vt poeta ille ait, fortasse id canse est, quod qui hoc poema faciebant, cum imitatione in eo cepissent adhibere, carmen circumscribere, atque intorque-re desierunt, sciq; uti genere, quod reciprocans cōparationem haberet. Nam principio cum ab actione abborrerent, propterea quod multis (ex multis enim ingenius principio chorus constabat) agere nequibant; comprehensionsibus, que sibi responderent, ut ebanter. Itaque posteriores cum sine certa quadam mensione, pro ut cuiq; libuisse, cantum proferrent, neque uersibus uariandi modum apponenter, numeri ferri lege solutis dicti sunt. Quām multa enim, in quisque imitabantur, tam numeros, pedesq; variare cogebatur. Ac duo cum eloquenti genera faciant rhetorici doctores, quod continens, sed coniunctione colliguntur, appellant. Dithyramborum prolusionibus cōparant. Quod circumscriptum, & continuatum, his, que conuertuntur, atque ut diximus, comparati canuntur. At quo solutus Pindari carmen uagari, liberiusq; uideatur, ac difficiliter sit emulatio. Illud quoque accedit, quod singula comprehensiones tantu numerorum varietate longe producuntur. Nam in epodicis ijs, que extant, non plus quam denos septenos, non minus uersiculos tamen minus quam seorsim comprehendunt. Eadem uero mensis, idemq; genus tripartitum in eo quidem, quod attuli; carmine quater; sed est in quo ter ad cies, quod rarissimum est, reperiatur. Interduum, quod raro quaque est, semel. Nam plerunque cum ter, aut quater, tum quinques compertur. Conuersiones autem tum longiores sunt, tum breviores paucis quidem uersibus epodo, interduum etiam numero compares. Et si nibil cum eo commune in mensione, nibilq; socium habent. At uero in monostrophicis undecies carmen partitum offendit, ut singula partes, cum vel ex binis uicenisq; uersibus consistent, in quis raro idem modus repetitur, sub eandem usquequaque cadant mensuram. Initium eius hoc est.

Κλειδω τὰ ἔπιστρετά λόγου
Εὐθέων ὀνειρούσατο
Πατρὸς ἄχατον τελεστέχει
Πρεσβεῖον δένεται οὐρανοίσει
Κέλυφον ἴδια μαστός τε νίνης
Α πτωτοῦ Κρεμα

Itaque nullum id genus cum canticum deprehendas, quod pariter saltem bipartitum non sit. Est etiam quod ter, quod quater, quod sepius parti possit eundem in modum, cuius profecto sigile comprehensiones uersiculos, qui disparem inter se subante mensionem, & quadam si minus supra binos uicenos, at certe non facile infra optiones complectuntur. Lyricus autem hic noster cum

in plures cantum comprehensiones diducat, singulas tamen non ultra querat nos prouerbii uersus, quorum tres ad summum numeris inter se similibusq; dif-
fentiantur. Quot uero genera carminū adhibeat Melicis in scribendo, quis praē-
scriperit? qui summa cūn gaudeat canendi uarietate, nulla uersus propemo-
dum sit ratio, qua ille non uitatus; ut qui Pindari, Horatijq; obseruauerit
poemata, sive ulla difficultate perspicerit. Quibus autem internoscerentur Insignia di-
tum carmina inter se sunt partes corum, insignia quedā inuenientur, ut Pom-
ponius quoque affatim explanauit. Singulas enim conversiones recte linea,
cuius extremum non usquam solet quadammodo in angulum flecli, nisi po-
stremani comprehensionem notabant. Quippe quam signo illo, quod stelle in-
flar cūm sit, alterius nominatur, insignibant; ut carmen absolutum com-
pletum esse significaret. At in genere illo, quod habet paribus dispar at-
textum, si ripetendum erat tripartitum illud, aut quadruplicatum, aut in plu-
ra dividitum, ut fieri solitum esse docimus, interualla illa sic parita cūm per
fecta essent, quo inter se distinguerentur, sed curua linea, quā coronis dicitur,
signabant. Cum ad finem cantus peruentum ebet, asterisco, ut in quacunque
alio genere, id declarabant. Quam distinguenda rationem qui uelit, in epodico
illo, quod uertimus ex Olympijs Pindari, plane obseruabit. Id porro neutriq;
pretermittendum est, quod in fronte, ut ita dicamus, carminis bresuiter inscri-
bi & nomen eius solbat, pro quo fuerit cantus, & causa, cur ille caneretur.
Cuiusmodi sunt breves illi apud Pindarum inscriptiones. Hieroni Syracusano,
qui equo nicit, quem equum lyrici Pherenicum appellauerunt. Theroni
Agrigentino, qui curru. Megalū Abenencis, qui quadrigis. Pjauidi cam-
rimentis, qui quadrigis, & curru, & equo. Diagore Rhodio, qui pugillatione.
Epharmost opunito, qui luctatione. Apicio Orchenomio, qui stadio. Ergo-
telis Hirnevensi, qui curru. Hippocli Thebalo, qui Diana. Timodemo Abenē
si qui Pancratio. Mida Agrigentino, qui tibis. Quem morem in diuinis quoq;
cantidis seruatum compertis, sine gratiarum actione uictoria celebretur, fu-
gāue salus quesita; sine precibus aliquid petatur. Cum eo in libro non sit fe-
rē cantus, qui carat in inscriptione. Hoc loco Scortianus, cum finem dicendi Car-
bo facturus esse uidetur, attendenti mili, & cogitatione complectenti, il-
lum intuens inquit, que de melica scribendi ratione disperberas, in mentem id
uenit, quod de cantidis, quibus hac etas uitit, Hetrūcīs dicens solet Mintur-
nus noferit, ut potest, qui multa eiusmodi conscripsit, nullum propemodum a
pud ueteres lyricos genus extitisse, quod insuanissimis Petrarchae cantibus de
prehendendi non posuit. Nam in Epodicis cantionis ita enim appellant, eas re-
cesset, quarum comprehensio postrema tanquam exodus, a ceteris, que simil
lime omnes inter se uniuersi modo sunt, sola discrepat. In Monostrophicis,
que illam à reliquis diversam non habent. In Palinodicis que primis
postrema paria, disparia medius inter se quidem similibus coniungunt.
Quasi Palinodicos vocat cantus, quibus quidem utique nomen a sono

et, ciam & quaternarij, & tenarij, modus idem, numerusq; repetitur. Hos etiam Epodicos, sicut sentit, ut appellemus, si unum ex sensis versibus epodon conficiamus. Fuisse olim genus quoddam ait, & Deligne vocat Graeci, ac sive lata contrarij dices, quibus dicitur Simmias Rhodus ouum (ita poema illud inscripsit) conficere, cum versibus quot quo nolusset poeta conscriptis, sine non unius modis, sine ut libuisse, postremo primum eorum, qui sequentur, numeris pedibusq; parem; secundo a postremo secundum a primo; ac deinceps reliquos eadem ratione redebat. His esse quodammodo similia & quibus septenarij sunt, & quibus senariae conversiones, et si non eodem ordine scribentur. Nam in senariaj postremo superioris versiculo primus subsequens respondet, primo secundus, tertius secundo a postremo, itemq; qui cosequuntur, dum cōp̄rebroq; tota explatur. In septenarij uero cum primo primus, cum secundo secundus, ac deinceps reliqui eodem modo comparantur. Nec seruari preterea quedam in Hetrusci negat, quae desunt Grecis. In his etiam epodum accini, in septenarij binarium, in senarij ternarium, miro quodam ordinis attexatum animaduerit. Iamq; in eodem poeta obseruatum, quod absoluere nullaj; consequentium comparatione scribitur breve carmen. Ipse uero Epodicus tripartitum illud more Pindari genus adiunxit. Ac Melicos alios imitatus similes inter eos disfluum inter se comprehensorium contextus pulcherrimo ordine confecit. Cum autē non multa genera metenti habeant, qui scribunt Hetrusci (Nam in Petrarca libris præter hendiaca syllabus, præterq; septenariam mentionem, non aliam profecto ullam comperties) similitudinem, dissimilitudinemq; numerorum in classibus maxime consonantibus ponit. Sed præter quād quod pro ratione, quæ definitia inter se consonant uerbi; quemadmodum quoq; aut uariantur, aut idem sunt versibus, numeroq; aut disparates, aut aequales; carminum inter se uel dissentiant, vel consentient partes. Cum hoc ille dixisset, Tum Carbo, nimurum, inquit, appendiculam adiecit Scortiane rerum earum, quas exposuit de carmine Lyrico necessariam, ut puto, q; qui generu huc delestantur, & perirentur. Ac merito laudandus esse mihi quidem uidetur amicus ille tuus, qui hoc tam bellè obseruavit, & uerè dignus est, cui gratiam habeam cum omnium manes, qui numerus Hetrusci poemata scripserunt, tum Petrarcae facile principis in ea ratione scribendi, quod eo non temere cecinisse sed ueterum modos in canendo adhibuisse docuerit. Hoc itaq; additamento perfectum adeo, complectumq; esse credo id omne, quod erat de melico genere tractandum, ut nihil sane reliquum existimet, quod preterea requiratur. Nisi quid aliud tu quidem sum monti censes. Ego uero, inquit Summontius, te Carbo non modo plurimum laudo, uerum etiam uebenter admiror, qui tam abunde tamq; dilucidè, que nondum quisquam tractarat, attigeris; ut quod desideretur in hac preceptione, pro ut extant, ex quibus quidem documenta capere potuisses, mibi profecto nihil prætermisso uidearis. At iubeo te Grauina sustine re, quod

re, quod tibi impoſitum est, ut quomodo Lambi, & Elegi, & Epigrammatum De iambis, recte scribantur, cognoscamus. Tum Grauina, morem geram, inquit Summonti, quanquam fecisset melius Carbo, si hanc etiā partem perfecisset. Quā doquidem Iamborum antiquitate in uetuslatem lyrico uendicauit. Quo illi hoc genus magna ex parte attigissent. Ac dubitandum non est tam uetus est, se hoc ipsum carmen, ut cum Heroo contendat de temporis principatu. Quid enim Vopiscus & Gauricus planè docuerunt, quemadmodum ab Heroica Tragica poësi, sic ab Iambica dicitur comica ortum duxisse. Nam conseruanteum est, ut primum optimus illi flatus bonum labefactari cæptus esset, & ex intinis animaliorum uenis perturbationum scatere foni perennis, unde per omnem terrarum orbem uitorum annes manarent, illos sine iocarentur, sive rem agerent seriam, maleficendi sibi inter se fluidis artiſt. Cū autem, ut fit in loquendo, ita in maledicendo offerrent se sponte Iambi, qui ueribus mores cœperunt alienos insectari, ut ap̄tissimos prop̄tissimosq; ad obtrectandi eos adhibuerint, ut pote quā cōtinuit nomen traxerint, nisi manus ab Iambō quadam Virgine, quæ contumeliū affecti, spiritu intrī fauces compresso sibi mortem consūti. Eaq; de syllaba priore corrupta hi desinunt in longam, quod parua, leniū de causa ora contumelia magnam sancit in malum. Nam, si prob̄ est de contentione apud Homerum,

Parua ortu primo, mox se attollit in auras,

Ingriditurq; solo, & caput inter sidera condit.

Qui primus carmen hoc scripsit, controversum est. Sunt qui Simonidem Amorimus putent illum quidem, quem ferum quadrungentissimo sexto anno post Troiam captam floruisse. Pars maior Archilochum & quē primū, ac longè optimum tradunt Iamborum suile scrip̄torem. Itaque uel odio peccati, uel potius eorum, qui peccabant, cū uitia carperent poete, & qui improbi essent, eos nominatū inſclarentur, idq; ad mores emendandos pluri- mun prodeſſe uideretur (quippe cū quisque nequid committeret, quod reprehendendum esset, caueret) conceſſum est illis, ut liberè in hoc genere scribendi uerarentur. Et si non, ut comici, genus uniuersum, sed priuatim, quod singulare est, conſclentur. Quamobrem ad Iambicum attinet poetam ita in ſc̄tari, ut moeat, & emendet. Ea profecto eft acerbitas Iamborum, qua non modo fame pudorem excitet, uerū etiam adeo perturbet, ut Lycambe, qui neque mitigare offensionem, neque uicifici conuicu potuiffet, laqueo uitam ſibi ipſi ademerit. Quod ne uitio detur Archilocho, qui tam acerbè in cum inuectus eft, ut uerè ad Horatio dictum hoc sit.

Archilochum proprio rabies armavit Iambi,

Id accidisse patrem per nimio dolore, animiq; impotentiā nescientis errata emendare, præterq; modum indigne maledictionem ferentis. Versatur au- Gen⁹ in que tem in primis hoc poësis in uituperatione, que turpem ſane materiam attingit. Etenim uitia, malitijs, bonum mores, & que sunt obſcena, que de-

Nominis in-
terpretatio.

Archilochi
baci poëſie.